

CYPRIANI (2)  
 MONACHI CISTER-  
 CIENSIS INSTITVTI. D. BER-

NARDI, DIVINAE LEGIS INTERPRE-  
 tis in Complutenfi acade-  
 mia, Commentarius,  
 in Psalmum.

C. XXX.

*Ecclesiae iudicio omnia submissa sunt.*

T<sup>o</sup> X<sup>o</sup> 15<sup>o</sup>



וְיָדָה עַל הַיָּמִין

וְיָדָה עַל הַיָּמִין

COMPLVTI.

*Ex officina Ioannis Brocary. 1555.*



(2)

# CYPRIANI

MONACHI CISTERCIENSIS INSTITVTI. D. BERNARDI, DIVINAE LEGIS INTERPRE-


tis in Complutenſi academia, Commentarius, in Pfalmum.

C. XXX.

*Ecclesie iudicio omnia submiſſa ſunt.*

Ἰω̄ Χρ̄ισ̄ῶ

וְנֹאֲמַר לְפָנֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ




וְנֹאֲמַר לְפָנֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ

COMPLVTI,  
*Ex officina Ioannis Brocarij. 1555.*



2

**ILLVSTRISSIMO**  
DOMINO. D. CLAVDIO QVI-  
gnonio Comiti Lunēsi, Cypria-  
nus Monachus Cisterciēsis  
Instituti. D. Bernar-  
di, bene agere in  
Christo.



Um superiorib<sup>9</sup>  
diebus Platonis  
cōuiuium apud  
tuam excellen-  
tiam interpreta-  
remur, nonnullaq; ex sacris lite-  
ris loca, familiari colloquio ra-  
ptim, & tumultuariè, vtcunq;  
exponeremus: magna & aper-

EPISTOLA

in significatione, frequenter de-  
 clarasti, vnum esse ex sacris au-  
 toribus & canonicis. R. prophetam  
 Dauid, qui te singulari ac propè  
 incredibili oblectamento afficeret:  
 tum quòd inter cæteros, languentes  
 animos, & desperationi proxim-  
 os, diuini quodam consolationis  
 genere demulceat: tum quòd de  
 Christo. R. & rebus ab illo præclarè  
 gestis ita vaticinetur, vt veterum  
 rerum memoriam, & commemorationem  
 antiquitatis describere interdū  
 videatur. Placuit iam olim hæc  
 tua sententia, & de Psalmorum  
 libro iudicium

NVNCVPATORIA. 3  
 dicitur, magnis & excellentibus  
 viris: D. Bafylio præsertim,  
 qui Dauidis Cantica, totius  
 diuinæ Philosophiæ compendium  
 esse dicebat. Nulla est (vt ego  
 arbitror) cœlestis doctrinæ  
 pars, quam Dei spiritus (vnicus  
 animorum formator) in vnum  
 Psalmorum volumen non con-  
 gesserit. Prædicat enim futura,  
 maiorum gesta commemorat,  
 piè honesteque viuendi  
 Leges statuit: & vt semel  
 dicam, totius Christianæ vitæ  
 elementa, summo cum delectu:  
 atque voluptate tradit. Quamuis  
 autem singula Dauidis carmina,  
 ab A 3 spiritu

## EPISTOLA

spiritu sancto, curâdis animis,  
 & excogitata fuerint & inuēta:  
 vnius tamē lectione ac medita-  
 tione centesimi videlicet trice-  
 simi, non tantum oblectationē  
 liberam, sed & incredibilē ani-  
 mi iocūditatē, tuū animū perci-  
 pere, satis intellexi. Primò q̄ in  
 eo Psalmo. R. propheta apud iu-  
 dicē Deum peccatoris hominis  
 (scelerum indulgentiam enixè  
 postulantis) causam vehemen-  
 tiùs assereret, magno & verbo-  
 rum & sententiarum pondere.  
 Deinde q̄ vlcerosos animos,  
 diutinaq; peccandi consuetu-  
 dine tabidos, in excellentē quā-  
 dam spem, & certissimam diui-  
 nã

NVNCVPATORIA. 4  
 nã bonitatis fiduciam erigere  
 videatur. Commouit itaq; nos  
 tua volūtas, & animus verè pi-  
 us & generosus (vt quāuis mul-  
 tis essemus domesticis negotijs  
 impediti, aliorūq; studiorū cu-  
 ra distēti) Cōmentaria in eum  
 Psalmum æderemus: tum vt e-  
 xcellētię tuæ gratificaremur in  
 re aliqua: tum vt multorū die-  
 rum vsuram, qua nostra inter-  
 missa consuetudine caruimus,  
 labore & studio, nō tātum gra-  
 tia & charitate, sarciremus. Tu  
 itaq; munus nostrū (quale qua-  
 le sit) libenti animo excipe. Vel  
 eo nomine saltē: quòd nullis a-  
 lijs legē Dei meditari cōueniat  
 A 4 magis

EPISTOLA

magis (R. vatis exemplo) q̄ isto loco & dignitate constitutis. Pernitiosè enim, nō tantū maligne, de illustriū virorū munerē, & officio, iudicare mihi videtur: qui totā illorum vitā, vanitati semper expositam, fluxisq; rebus & nullius curę dignis, ad dictā arbitratur. Neq; verò credere par sit, summū in alios imperiū à Christo accepisse, ut profanis rebus semper curā omnē studiūq; impenderēt. Tractentur à viris excelsiori loco positis, profana negotia: sed summa definitaq; animi moderatione. Reliquū deinde vitę tempus, non sermonibus ludricis, neque

NVNCVPATORIA. 5  
neque rerum colloquijs leuiorum, sed diuinæ legis meditatione, assiduitate, & studio trāfigatur. Id si tua excellentia fecerit, & humanis rebus & diuinis præstabis memoriam & beneuolētiam quam debes: & diuinum animum (in benemeritos memorem) vehementer tibi conciliabis: atque & ista Heroica corporis forma, ingenij dexteritatas: animiq; magnitudo, suo fungentur officio: ac Christo omnium principi (quē admodum ratio ipsa, doctrinaq; cœlestis præscribunt) obsequentur. Bene vale.

A 5

ERRATA.

Pagina. fol. linea.

9	2	1	abundat tamen.
26	1	2	coram. lege, corum
30	2	15	abundat. verba,
31	1	1	discedisset, lege discessisset
eadem.	ca.	11	quodam. lege quoddam.
ead.	ca.	12	quod. lege quo-
36	1	1	multum. lege multorum.
59	1	4	nunquam. lege vnquam.

6

CYPRIANI  
MONACHI CISTER-  
CIENSIS INSTITVTI. D.  
Bernardi in Psal. 130.  
Commenta-  
ria.

De profundis clamaui ad  
te Domine : Domine  
exaudi vocem meam.



REGIVS PRO- Exponi-  
tur argu-  
mentum  
Psalmi.  
pheta David, post  
atrociora illa scele-  
ra, quibus omnia  
pietatis iustitieque  
rationem violauit, Diuina & hu-  
mana iura contempsit, & infra leuis-  
simas

COMMENT. IN

simas voluptates duxit: nactus ali-  
quando tempus suis consilijs aptum &  
opportunitum, secessit in abditissimū  
pectoris conclave: insitq; cogitatio-  
nes omnes & viles & degeneres, a-  
liquantijs perconquiescere & retice-  
re: vehementer enim cupiebat, ani-  
mus ipse se, quanta efficacitate posset  
accingeret, & ad considerationem  
ante acta vitæ: & diuinæ munificē-  
tiæ, & bonitatis contemplationem.  
Cumque altissimum mentis silentiū,  
& necessariam à rebus cæteris cessa-  
tionem, iam fuisset consequutus, se-  
cum cæpit reputare & expendere,  
qualis fuisset eius vita anteacta: quæ  
ratio morum, quanta scelerum gra-  
uitas, quam ingens flagitiorum pon-  
dus

PSAL. 130.

7

duis, quod depressam illius mentem  
& inclinantem iã, vix sineret, aut  
caput erigere, aut respirare. Itaque  
cum ex presentibus rebus iudicaret,  
grauē in omnem vitæ rationem peri-  
culū intentum, & tanquã ex editissi-  
mo loco in profundū aliquē puteū ce-  
cidisse, (à fastigio scilicet gratiæ Dei,  
in peccatorū precipitia, atq; voragi-  
nes) animū nō despondit, nec rationis  
vires abiicit: sed in magnā atq; excel-  
lentem sp̃e erectus, cōsciū diuinæ bo-  
nitatis atq; amplitudinis, qua pecca-  
tores solet excipere (eos maxime, qui  
vltro sese in eius fidē bonitatēq; com-  
mittunt) intentē cæpit clamare. De  
profundis clamaui &c. Cōposuit  
autem diuinum hoc carmen, non tā-  
tūm



COMMENT. IN

tum vt peccatorum indulgentiã precaretur ipse, verum etiam vt nos omnes vehementius hortaretur (qui ingenti peccatorum cumulo hæctenus conscientias nostras sædauimus) temerè desperandum non esse propter ignauiam, neque animum contrahendum: sed reuocandum omnibus modis, in expectationem meliorem. Nã tamen ipsa anteactæ vitæ recordatio, magnum ante oculos mentis, atq; horrendũ flagitiorũ barathrũ pãdat: ea tamen est diuina bonitas, quæ non semper patitur, peccatorẽ hominem in cæno & sterquilinio flagitiorũ volutari: modò eam non incurrat demẽtiam & vesaniã, quæ curari renuit, & ad omnia obsurdescit remedia salutis.

PSAL. 130. 8.

lutis. Neq; enim tam perniciosum est peccatis vulnerari aliquando, quàm post acceptum vulnus, propter summam salutis desperationem, necessaria vlceri medicamenta denegare. Nullus vnquam naue semel immersa, tamen si vniuersum pondus diuitiarum perditum ierit, nauigare desijt: sed nudus festinat rursus, rursus imensa peruolat freta, vt iterato felicius cursu, prioris casus damna compenset. Sapissimè & atletam post frequentes lapsus prostratum, & sæpenumero deiectum coronari tamen postea videmus: & militem nonnquam, post fugam pudoris plenã, fortiter prelium instaurare, et ipsos vincere victores. Nemo igitur post ini-

Etam

COMMENT. IN

Etam animo sceleris plagam, eam re-  
putet insanabilem, nã hęc iudicij de-  
prauatio, omnibus est vulneribus ani-  
mi censenda grauior: utpote quæ to-  
tos. aditus diuinæ bonitati præclu-  
dat. Orabat iam olim Regius vates,  
ne puteus peccatorum in quo iace-  
bat, vrgeret super eum os suum. Ne-  
que vrgeat (inquit) super me pu-  
teus os suum. Sanè & in primo hu-  
ius Psalmi versu, & alias sæpissime  
eleganti vsus trãslatione verborum,  
flagitiosi hominis statum, appellat:  
nũc quidem limum profundum, nũc  
flumen altissimũ, in quo medius flu-  
xus cursusq; rapiat: nunc verò puteũ  
profundum, in quo sit aut tenax lu-  
rum, aut ingens aquarũ redundãtia.

Quibus

PSAL. 130 9

Quibus satis ostēdit, summum in pe-  
riculũ & discrimen peccatorẽ homi-  
nem vocari, si non illicò diuina bene-  
uolentia illius rebus opituletur. Orat  
ergò ne flagitiorum puteus interclu-  
dat super eum os suum: sed patulum  
semper aditum aliquem ad claman-  
dum præbeat, & ad voces profundẽ  
das ad diuinãs aures vsq; erumpen-  
tes. Equidem cum peccator aliquis,  
eò impietatis processit, vt in profun-  
do iaceat: in magnum, vt videtur, pe-  
riculum & anceps illius salus, vita,  
libertas, ceteraq; id genus iam deue-  
nere. Interim tamen quòd diuinis ex-  
citamentis non repugnat, interim q̃  
diuinã vocationi non reluctatur: ta-  
meti in profundo malorum iaceat,

B de

Profun-  
diorũ a-  
quarũ in  
psalmis  
metapha-  
ra.

COMMENT. IN

de eius tamen salute minime desperã  
dum est. Cum verò quispiam in flagi-  
tiorum puteum, ea ratione descēdit,  
vt contemnat iam & diuinas ultio-  
nes, & exempla diuinæ iustitiæ, nul-  
lam emittat vocem, pro peccatorum  
indulgentia non clamet, diuinas in-  
stigationes non sentiat: huic fortasse  
omnes sepiuntur viæ salutis, & clau-  
duntur aditus, vt clamare vix possit:  
Non vrgeat super me puteus os  
suum. Regius ergo propheta, quam-  
uis certò cognosceret, propriũ casum  
fuisse quidem peracerbũ, vtpote qui  
ad profundum vsq; peccatorum suo  
iudicio descendisset: quia tamen di-  
uina bonitas peccatorum puteum a-  
pertum adhuc reliquerat, supplex in  
præ-

PSAL. 130. 10

præsentiā clamat: tum vt erratorum  
veniam ipse precetur, tum vt nos om-  
nes ad tam præclarum cohortetur fa-  
cinus: quibus adhuc flagitiorum pu-  
teus, diuina bonitate, non ita obtura-  
tus est, vt cum propheta ardenti ani-  
mo clamare non possimus: De pro-  
fundis clamaui. Iam verò, quò ar-  
dentiores in nobis excitentur stimu-  
li, & legendi sacras literas, & pro  
flagitiorum venia orandi Deum: ip-  
sum vatem summo artificio dicen-  
tem audiamus. Habent enim & lite-  
ræ sanctæ, sublime quoddã genus elo-  
quentiæ, non iuuenile, sed senile: id  
quod. D. Aurelius Augustinus do-  
cuit. Neque enim ea dicenda est elo-  
quentia, quæ non personæ congruat

Genus e-  
loquẽtiæ  
in sacris  
litteris  
quale.

COMMENT. IN

eloquentis. *Alia ergo erit quæ homines forensibus causis destinatos, alia quæ viros summa autoritate planeq; diuinos, deceat. Quisquis enim sapientia destituitur, eum ipsum esse eloquentem ratio nõ patitur: cum possint insani & vecordes, verba profundere, id quod faciunt plerunque largiter, & præter rem omninò. At verò vir sapiens, cum nullius rei minus quàm verborum sit prodigus, ea tantum dicit, quæ profint, quæq; ad destinatū finem pertineant. Dicit verò cū multis, cum paucis, cum eruditis, cum rudibus, cum pari, cum inferiori: seruat semper, & suæ personæ & rerum de quibus agit, & temporis & loci decoro. In eumque finem verba dirigit*

PSAL. 130. II

*git, vt omnis ratio æqui & honesti in humana vita inueniatur. Hoc verò dicendi genus, cū alijs sacrorū Bibliorum autoribus sit familiare, regio tamen vati familiarius est. Nihil sanè apud optimos dicendi artifices inuenias, quod non exactius & locupletius multò in libris Psalmorū deprehendere liceat. Probabis Christiane lector nostram hanc sententiam tanquam rationi consonam, si precationem propheticam, & salutis & pietatis plenam primò in mediū produxerimus.*

De profundis clamaui ad  
te Domine.

B 3 Omnis

COMMENT. IN

**O**Mnis qui rem aliquam petendo  
 obtinere nititur, illud primum a-  
 pud se statuit, quid is apud quem di-  
 cit maxime prober: quid amet, quid  
 auerferetur, in quem affectum sit pro-  
 nior. Nam qui hæc omnia summa di-  
 ligentia & studio non antea apud se  
 tractauerit, necessario oportet, iudi-  
 cis animum irritet, potius quam affi-  
 ciat. Non hæc eò à nobis dicta sunt,  
 quod Deum. Opt. M. existimemus  
 vel affectibus duci, vel motu aliquo  
 perturbari: hoc enim ab animo Chri-  
 stiano prorsum debet esse alienum. Stul-  
 tum enim esset, & impium credere,  
 Deum esse vanum aliquem princi-  
 pem, aut iudicem, nos vero illius assen-  
 tatores, & veluti parasitos: qui ad  
 oran

PSAL. 130. 12

orandum accedimus, cum ut illi adu-  
 lemur, tum etiam ut subblandiamur,  
 tanquam facilius simus omnia his ar-  
 tibus ac technis impetraturi. In eam  
 rem tantum spectat oratio Christia-  
 ni hominis, ut contemplatio magni-  
 tudinis & bonitatis Dei, tum benigni-  
 tatis & amplitudinis, promoueat  
 in nobis Dei amorem cultu & reue-  
 rentia admixtum, quasiq; contemperatum.  
 Ut aut in nobis huius amoris ignicu-  
 li accendantur, nec flacceat charitas  
 ipsa, aut peccatorum dolor prorsum ex-  
 tinguatur: sic cum illo agimus, ac si coram  
 principe aliquo, aut iudice, qui omni-  
 bus esset numeris absolutus, in discrimi-  
 mine aut fortunatum, aut capitis nobis  
 esset causa dicenda. Apud quem dicturi

Scopus  
 Christiano-  
 rum ora-  
 tionis.

B iij illud

COMMENT. IN

illud primò magna diligentia & animaduersione cum nostro animo tractaremus, quid ille maximè probaret, quibus verbis potissimum oblectaretur, quatenus ratione, quòue animo esset erga nostram causam affectus. Dicitur itaque propheta regius coram principe Deo, illud exordio totius orationis proposuit, quo summo opere Deum iudicè oblectari, & sacra testantur litera, & ratio ipsa demonstrat. Nihil àquè probat ille in homine peccatore, atque humiliatum cor, & contritum: quod idem ipse propheta Psal. 50. docet abundè. Cor (inquit) contritum & humiliatum Deus non despicias. Inde verò hæc humilitas & contritio, siue

PSAL. 130 13

siue animi cruciatus nascuntur, unde & peccatoris salus & tota felicitas pendet. Proficiscuntur autem à quadam incitatione mentis in Deum, & reflexione in seipsam: per quam facile cognoscit quisq; nostrum, quàm sit exiguum quiddam & nihili prorsus pendendum homo, quàm fœda humana omnia, & nulla penitus laude digna. Qua consideratione, veniunt illicò in mentem frequentes lapsus circa virtutem & officium: atq; eadem ipsa cogitatione, velut frigida superinfusa, diluitur in peccatore omnis propriæ existimationis ebrietas. Hinc igitur duxit originem vera illi animi modestia & quasi contractio, quam homines Deo familiares, non

Humilitas atque contritio unde potissimum oriuntur.

COMMENT. IN

*tantum externo cultu, & verbis, sed  
& mentis sancta quadam demissione  
ne apud iudicem Deum declararunt.  
Id verò cum reliquis vitæ partibus,  
summo studio & diligentia præsta-  
rent, tunc verò maxime cum familia-  
ribus colloquijs, aut pro peccatorum  
venia, aut alia quavis ex causa Deum  
precarentur. Illustris patriarcha A-  
braham, cum viris Sodomitis, salutem  
& scelerum remissionem orationi-  
bus extorquere contenderet Gen. 18.  
his verbis diuinam indignationem,  
& æstantem in homines nefarios i-  
ram, veluti mitigabat dicēs: Loquar  
ad Dominum meum, cum sim puluis  
& cinis. Scio (inquit) nihil te magis  
ex animo probare, quàm illud mo-  
destiæ*

*Modestia  
in præcatio-  
ne Deo  
gratissim-  
ma.*

PSAL. 130. 14

*destiæ genus, quo vilis homuncio, mo-  
dice de seipso demisseque sentit. Ob-  
eamque rem, illud mihi ad peten-  
dum ampliores animos facit, & sum-  
mam audaciam, libertatemque di-  
cendi tribuit: quòd puluerem & ci-  
nerem me esse (hoc est rem abiectam,  
sordidam, vilem, nullaque æstima-  
tione dignam,) & verbis exterius,  
& animi sensu multo magis inte-  
rius, profiteor. Nulli enim vnquam  
apud tuam celsitudinem, petendi a-  
ditus præclusus fuit: modò oratio ip-  
sa atque postulatio à vero propria  
tenuitatis iudicio proficisceretur. E-  
rit proinde cum Deum oramus, no-  
stræ conditionis humilitas, & iudi-  
cio animi agnoscenda, & explican-  
da*

COMMENT. IN

da verbis: quam, licet Deus non ignoret, cupit tamen homines eam vehementer agnoscant, summamq; verecundiam, & modestiam in postulationibus retineant. Quibus iam constitutis, non erit (vt arbitror) difficile (nisi prorsum simus lapidei) intelligere, quam artificiosè, S. Propheta exordium scribendi duxerit à profunditate & clamore dicens. De profundis clamaui. Non ego magnifico vtor exordio, neque elatis verbis inteso, & sententijs acuto, vel ad offensionem aduersarij, vel ad mei commendationem, quamuis anxius & sollicitus de mea salute sim. Hoc vno tamè verbo dixisse me arbitror, quicquid multis & longo tempore exco-

gitatis

PSAL. 130. 15

gitatis; alius quispiam dicere potuisset. Scio quosdã esse peccatores, quorum casus atque prolapsio à tua gratia & benevolentia, quamuis toto lachrymarum fonte sit deploranda, nõ tamen tanta est eius acerbitas, vt in profundo scelerum iaceant. Possunt ergo minori opera, & caput erigere & recreari. Ego verò eò miseria & calamitatis processu, vt videar mihi iam, veluti in peccatorũ pelagus vastissimum descendisse. Nolo proinde in partes spargere multas, quod paucis verbis imò vno tantum explicare possum: ne fortasse videar temporis aliquam facere velle iacturam. Stultum enim hoc esset, cum sim præsertim in summo vitæ discrimine constitutus

tutus



COMMENT. IN

tutus. Non propono consciētiae mea timores, non morsus, nō stimulos ingentes, non intestina bella, non animi mei mœstitiā, & summā anxietudinem, non prauam consuetudinem peccandi, quam diuersis peccatorum cumulis contraxi: illud tantum exordij loco propono. De profundis clamaui ad te Domine.

Breue quidem exordium, quod pro rei magnitudine contractius videri possit: sed cum de profundis dixi, omnia mihi dixisse videor. Nam si veste regia, cultioriq; ornatu, in lutum aut cœnum, aut sordidum aliquem locum incidissem, vestesq; fœdassissem, nihil acerbitatis esset in ea prolapsione.

Facile enim potuissem contractas eluere

PSAL. 130. 16

luere sordes. Nunc verò cum in profundum scelerum, vbi cœni plurimū est, me precipitem dederim: nisi tua bonitas praesidium ferat et opē: nullo vnquam tempore animi labes excutiam. Et sordes illæ cum adueniant exterius, promptum cuique sit illas expurgare. Hæ verò quæ interius & in ipsis animi visceribus resident, nullo labore aut negotio, sine inflatu aliquo diuino elui possunt. Illud tamen inter multas & magnas & graues causas, me ad hoc genus exordij sumendum impulit, quod tum sacris literis, tum secretiori tua disciplina atque interno tuæ bonitatis impulsu eruditus, certò sciam, nihil tibi ex animo placere magis, quàm syncerā quādam

quãdã peccati cõfessionẽ, & propriũ  
 reatus cognitionẽ. Eumq; apud tuũ  
 tribunal maxime suam causam com-  
 mendare, qui se per summam mode-  
 stiam deicit, & coram tanta maie-  
 state prosternit. Ea propter ego om-  
 nium peccatorum maximus, multis  
 flagitiorum fluctibus iactatus, acce-  
 do ad te, perterritus quidẽ, pudore-  
 que suffusus: summa tamen spe con-  
 cepta (tametsi profundissimis pecca-  
 torũ aquis sim penẽ iam obrutus) fo-  
 re aliquando vt larga plenaq; manu  
 & erratorum veniam, & summum  
 in posterum ad cauẽda peccata præ-  
 sidium, sis largiturus. Opportet autẽ  
 eum qui ad tuũ tribunal causam ac-  
 turus accedit, non solum modestiã,  
 verum

verumetiam & iustitiã partibus v-  
 tatur. Neque enim satis est, eum ho-  
 minem esse modestum, qui apud tuã  
 amplitudinem instando perit, nisi & iustitiã  
 iusti, & æqui sit etiam obseruantijs  
 iunctam. Præclarũ verò iustitiã opus est  
 misereri supplicum, & illis opem fer-  
 re, qui postquã peccatũ agnouere,  
 in tuam bonitatem, fidemq; se cõmit-  
 tunt. Itaque cum ad iustitiã perti-  
 neat, præsidium ferre implorantibus  
 sincero animo: illis tamen maxime,  
 qui non bonum aliquod opus, si quod  
 fecere iactanter commemorãt, tan-  
 quam ob eam causam te oporteat  
 quidpiam illis rependere. Quocirca,  
 vt iustitiã partibus vtar, ego nõ mea  
 propono officia, non quali fuerim a-  
 nimo

## COMMENT. IN

nimo in amicos ostendo, non quali etiam in aduersarium Saulem; non quali fuerim in Deum pietate, quem summa iustitia & religione colui. Tantum, quod boni oratoris est, mea incommoda profero, inopiam & calamitatem, quam in profundo peccatorum sentio. Quid aliud quaeso sit, à peccatorum profundo sumere exordium, quam meis peccatis nullum statuere terminum, & profundas omnes libidines meum animum deuorantes exponere, quae ut mihi sanè videtur, exacta est sceleris cognitio? Nam quo nomine me ipsum accusem: adulterum me fortasse appellem, aut homicidam? Etiam si adulterij crimen mihi ipsi obijciam, restat etiam aliud quod

## PSAL. 130. 18

quod meam conscientiam excarnificet. Si autem homicidij memetipsum arguam et in sumulam, non satis videor fecisse ad explicanda propria scelera; tanta est eorum atrocitas. Ea est enim peccati natura ut vix possit quis spem, cum semel à tuo imperio defecit, et in ditionem aduersarij se contulit, vni tantum flagitio sese addicere, quin multa obrepant scelera homini cecutienti, & suis rebus non satis attento. Quocirca, tamen si duo tantum fuerint peccata, quae suo potere, et gravitate, magnopere meum animum urgeant: quis tamen possit, aut mentis cogitata, ad ea scelera patranda, aut impudentissima verba; aut literas contra tuas leges scriptas, aut seruorum obsequia, & innumeras peccandi

COMMENT. IN

occasiones exprimere, quas eis omnibus contuli, ad quos meorum scelerum fama peruenerit? Nihil est enim pernitiosum magis, nihilque magis Rempublicam euertit, quam principum peccata, maxime si in vulgus dimanarint. Neque potentius unquam hoc venenum serpit, quam cum eum hominem publice peccantem ignobile vulgus videt, in quo apparet, ut dignitas, ita etiam et sapientia quaedam singularis. Inuadit autem hoc genus pestis inferorum animos, tum maxime cum peccandi licentia principum autoritate firmatur. Quum ergo animus ad colligenda apertiora scelera, et manifestiora non sufficiat, quis occultiora illa quae mentis oculos fugiunt possit

PSAL. 130. 19

sit enumerare? Quod si varia fortunarum commutatio iudicibus solet misericordiam commouere, quae potuit unquam maior esse, quam mea? Ego ille, quem tu tam praecleara, et praecellenti tui fauoris sublimitate exornasti, ut hominem secundum cor tuum appellaueris: id quod ego inter summa beneficia reposui. Hoc itaque me in praesenti summis conficit angoribus, quod à tanta sublimitate, in caenum ignominiae, et flagitiorum abyssum me precipitem de derim, et à dignitate tanta in postremum et deiectum genus seruitutis (nempe peccati) per summum dedecus me coniecerim.

Clamaui.

C 3

Singula

COMMENT. IN

**S**ingula pene verba affectibus ardent, habentq; miras Auxeses. Solent feminae, insito quodam natura affectu, omnibus in rebus etiam leuissimis clamare: vocibus complere omnia, & infima summis paria facere, turbare, miscere. Vnde si feminam quispiam nostrum clamorem audit, vix animum praebeat attentum: sed voces illas ingentes praetermittat potius, tanquam rem nulla cura aut consideratione dignam. Si quis autem virum summa autoritate, probitateq; singulari, veste regia indutum, aurea redimitum corona, sceptrâ manibus tenentem, clamantem audit: nonne illi statim, & beneuolum se & attentum praebeat? Fuerit ergo rationi consenta

PSAL. 130. 20

sentaneum nostram sibi beneuolentiam & attentionem contrahat propheta, tum à dignitate Regia, tum à clamore & eiulatu magno, quo in felicem suam sortem prosequitur. Est autem clamor in sacris literis, aliquando quidem idem quod flagitium atrox & graue: qualis est oppressio pauperum in corpore, animo aut fortunis: fusio innoxij sanguinis, corruptio iudiciorum, aut aliud quidpiam his sceleribus grauius. Legimus Deum Optimum Maximum, cum apud Abraham diuersaretur, & grauissimum Sodomorum excidium praediceret Geneseos decimo octauo, nefanda illius gentis flagitia, clamorem appellasse, Clamor Sodomorum

Clamor  
in sacris  
literis  
quid.

COMMENT. IN

& Gomorreorum, venit ad me. Et iterum: Descendam & videbo, utrū clamor eorum verus sit. Esaias propheta cum populum Israeliticum grauius increparet cap. 5. quod ingratus diuinis beneficijs contumaciter in sceleribus pergeret: ita vt ob eam causā frustrata veluti fuisset diuina expectatio, dixit: Expectaui iudicium, & ecce iniquitas: iustitiam, & ecce clamor. Quo loco per clamorem intelligit grauiora quāq; scelera illius populi. Nonnunquā verò clamor murmur est, & incondita querulatio, ex afflicto corde exastuans, quæ significet quanta sit agritudo, & perturbatio animi. Est autem hæc vis vocis huic vati familiaris, quoties se dicit, aut

PSAL. 130 21

aut clamare, aut voces emmittere, aut verba pfundere, aliq; id genus, quæ legentibus carmina Dauidica occurrunt. Hæc ideò diximus, vt Christianus lector hoc loco perpendat, quid Deus à nobis exigat p̄ clamore. Nihil aliud postulat sanè, quā <sup>Clamor</sup> clamorem aliū. Nam cum sit clamor <sup>Deo satis</sup> est in scelerē. facinus aliquod graue, qualia sunt illa quibus. S. David se contaminauit, & Vriam militem strenuum occidendo, & vxorem eius vnicam cōstuprando. 2. Reg. II. ecce prò clamore, hoc est pro atroci flagitio, habet quo Deum iudicē possit placare, clamorem scilicet, aut querulam illā vocem, ex intimo cordis recessu ebullientem. Non proferas opes vndeunque

C 5 quasi-

COMMENT. IN

quæstas (inquit propheta) non aurū,  
aut argentum, nec ignota tibi sunt  
peragrandæ provinciæ, ut summis la-  
boribus & vigilijs & totius vitæ dis-  
pendio, pretiosa quæq; adferas Deo  
iudici recõciliãdo. Est intra te quod  
nullo labore possis depromere, quod  
sit apud principem Deum instar diui-  
tiarum omnium: clamor scilicet pro  
peccatis. Et rãdem, ut paucis dicam,  
defer pro clamore clamorẽ, & apud  
iudicem Deum tuam causam asseru-  
isti. Nam quis vnquam clamauit ad  
Deum iudicem æquissimum, qui sua  
caderet causa? Clamauit populus Is-  
raëliticus Exod. 2. cum in Aegypto  
misera premeretur seruitute, & in  
gratissimã vindicaretur libertatem.

Clam-

PSAL. 130

22

Clamauerunt viri Niniuitæ Ionæ. 3  
post vitam vsque adeo perditam &  
sceleratam: & subita atque inaudi-  
ta mutatione rerum, postquam pœni-  
tentiam egere, in diuinã fuerunt ami-  
citiã & beneuolentiã admissi. Clam-  
mauit Ionas. 2. cū esset in vêtre ceti,  
& illius clamor ad diuinas vsq; au-  
res erumpebat, tantamq; sibi cõcilia-  
uit iudicis beneuolentiã, ut nullo ne-  
gotio, salutem, & libertatem obtine-  
ret. Cum itaq; penes te nulla sit perso-  
narū acceptio (id enim de tanto iudi-  
ce suspicari impiū esset) oportet pec-  
catorū veniã mihi in profundo iacẽ-  
ti largiaris: habes enim quod à pec-  
catoribus exigis. Nam pro clamore,  
hoc est, pro ante actis sceleribus, pro-

noxis

COMMENT. IN

noxia mea culpa contractis, & ante  
hac sapissimè, & nunc denuò clamo-  
re offero. Est alioqui sanctorum silē-  
tium, etiam profundissimum, validis-  
simus clamor. Vnde Exod. 14. legis  
Mosem virum Deo familiarem, cū  
vocem nullam ederet, Dei testimo-  
nio vehemēter clamauisse. Inquit e-  
nim. *Quare clamas ad me?* Et Pau-  
lus cum de sanctis hominibus ageret  
ad Rom. 8. ad Galat. 4. in cordibus  
eos clamare (Abba pater) planè af-  
firmat. Erit ergò iuxta hanc vocis  
proprietaem clamor, idem quod ge-  
mitus quidam conscientia, qui & si  
ad hominum aures non perueniat, di-  
uinam tamen non potest clementiam  
non pulsare. Neq; enim solum actio-  
num

Clamor  
internus  
sine voce  
expandi-  
tur.

PSAL. 130. 23

num nostrarum est spectator, sed ea  
maximè Deus videt, quæ humana  
mentis aciem effugiunt. Quò fit vt cū  
sancti homines obmutescere viden-  
tur, tunc diuino iudicio intentissimas  
voces emittant. Vates ergò Regius  
cū se clamare dicit, de eo clamore for-  
san intelligit, qui sanctis peculiaris  
est: qui que ad impetrandam pecca-  
torum veniam, magnum habet pon-  
dus. Nec verò sanctorum clamorem  
eum tantum intelligo, qui verborum  
constet strepitu, aut eum etiam qui di-  
uinis tantū sit auribus expositus: sed  
quod magis mireris, nihil prorsum in  
sanctis est quod edere vocem non pos-  
sit. Threnorū. 2. legis Hieremiam di-  
centem. Non sileat pupilla oculi mei.

Oculorū  
ac pupil-  
lae clamor  
apud Hie-  
remiam.

Quis



COMMENT. IN

Quis vnquam audiuit pupillam loquentem? Neque enim ad id munus destinata est pupilla ab ipso natura opifice Deo. Omnibus siquidē membris certa quaedam in humano corpore officia distributa videmus. Videmus oculis, non auribus: audimus auribus, oculis verò non ita: pedibus ingredimur, non contrectamus, atque eadem ratione de reliquis dicere potuissem. Quale igitur paradoxo hoc est, nūquam, neque intra Stoicos quidem auditum? Corpus itaque humanum cum varijs membris ac sensibus summus artifex instruxit, suas leges singulis statuit: quas cum nobis obsequuntur, transgredi haudquaquam possunt. Magno autem opifici Deo, cui.

PSAL. 130

24

cui nullus legem præscripsit, poterit & lugere lingua, & pupilla clamare, & antiqua propria natura rumpere silentia. Pupilla oculi itaque clamat, cum scelerum nostrorum seria consideratio, tam ingentes excitat stimulos, tã acerbum dolorem, ut toto lachrymarũ fonte peccata defleamus qua per summam impudentiam, contra omniũ parentē Deũ admisimus. Vides iã Christiane lector, quos clamores effundat propheta, quò Deum iudicē in suam causam flectere possit: voce clamat & quidem querula & anxia: clamat et mente, qui sanctorum peculiaris clamor mihi esse videtur: clamat & oculis, iuxta paradoxon Hieremi: ipsa scelerum pœnirudi

## COMMENT. IN

nitudine & dolore excutiēdo lachrymas: atq; his præsijs instructus atq; munitus, peccatorum indulgentiam enixissime precatur dicens. Clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Ea argumenta inter rhetores habentur præcipua, quæ ab ipsa persona iudicis ducuntur. Nam cum sibi quisq; prospiciat, propriaq; consulat dignitati, & illius summam debeat habere rationem, ita ut nihil præter decorum efficiat: fieri non potest, ut eius benevolentiam nobis non conciliemus, quem Dominum appellamus, cuius seruos nos profitemur, in cuius ære totos nos esse vltro fatemur. Et quidem si alium Dominum propheta habuisset, cuius in  
se

## PSAL. 130. 25

se indignationem nefarijs concitauisset operibus, alios quæreret etiã, aut patronos aut aduocatos: quorum interuentu, & precibus in pristinam gratiam fauoremq; redderet. Cum verò Deum. Opt. M. suis sceleribus commouisset, quem & in terris Dominum agnouerat, & cuius bonitatem & in seruos suos indulgentiam exploratam habebat: aduocatos non quærit: patronos nõ ambit. quin potius Dei bonitate & munificentia agnita, in meliorem spem erigitur, et magna quadã de Dñi sui ingenio, et natura sibi pollicetur: ob eãq; rem Dñi vocem geminãdo, quasi in tanta doloris acerbitate hæc repetitio vocis plurimum adferret consolationis, inquit. Clamaui  
D ad

## COMMENT. IN

ad te Domine, Domine exaudi  
 vocem meam. Solent (inquit) qui  
 seruos habent, eorū saluti prospicere,  
 eorum vtilitatibus & opportunita-  
 tibus prouidere. Tunc verò maximè  
 cum acerbo aliquo casu iactantur.  
 Non me fugit serui appellationem il-  
 li tribuendam qui totus à voluntate  
 Domini pendeat. Neque ille apud te  
 sat scio, seruus frugū habetur, qui nul-  
 lum admiserit scelus, nisi & omnem  
 pietatis rationem ingēti colat studio.  
 Noui ego ipse qui regia maiestate ful-  
 geo, qui multorū obsequijs vtor, qui  
 in frequēti ministrorum cœtu Domi-  
 nus appellor, si seruum habeam, non  
 ebrium, non contumacem, sed sobriū  
 atq; modestū, omniq; vacatē vitio:  
 qui

## PSAL. 130. 26

qui tamen domi sedeat otiosus, & eo-  
 ram, quæ seruum curare ac perficere  
 oporteat, nihil præster, quantā con-  
 citet meo animo offensionem. Quo-  
 circa, vapulat illicò, flagrisq; proscin-  
 ditur, tametsi nullo meā dignitatē fla-  
 gitio leserit. Perinde etiā et agricola,  
 si regū peculij nihil dissipet, neq; per-  
 dolū surripiat aliquid, sitamē manus  
 habeat compressas, ita vt semina nō  
 spargat, rura nō scindat, vites non co-  
 lat: sumitur ab eo supplicium statim,  
 & ab officio & munere pellitur. E-  
 go itaq; quamuis non sobrietatem il-  
 lam, non modestiam, non pietatis stu-  
 diū, quæ tu in homine vehemēter p-  
 bas, seruauerim: sed quod amplius est  
 quodque magis pudendum, multis te

COMMENT. IN

*iniurijs laceſiuerim, magnisq; ſcele-  
ribus prouocauerim: audeo tamē de  
tua bonitate conſiſus, & te Dominū  
appellare, & inutilis ac perdati ſerui  
ſceleribus atque peccatis precari ve-  
niam. Homines ſiquidem qui impe-  
rio & dominio in ceteros funguntur,  
& aliorum vtuntur obſequijs, quē-  
admodum facile irritantur, & à ra-  
tionis ſtatu dimouentur, ita etiam a-  
gre & cuncta abundē, inimicitias de-  
ponunt, ſemel in eorum ſeruos cōcep-  
tas: tamen ſi millies veniam precētur,  
uocibusq; lachrymis, & ſingultibus  
admiſſa flagitia deſleant. Partim q̄  
humanum ingenium durū ſit & in-  
tractabile. Partim quòd de alterius  
animo, conſilijs, ſtudijs certi aliquid  
ſtatue-*

PSAL. 130. 27

*ſtatuerē propter iſtarum rerum igno-  
rationē nemo poſſit. Tu uerò qui per  
omnia penetras, qui abditos noſtra-  
rum mentium reſſus intueris, ſatis  
habes exploratum, quo animo quòue  
conſilio te Dominum appellem, &  
clamorem meum exponam, & uoces  
ex intimo cordis reſſu, & lachry-  
mas denique profundam. Domine  
proinde exaudi uocem meam.*

*Fiant aures tuæ intendē-  
tes in uocem deprecā-  
tionis meæ.*

*Solent pugiles infracto & gene-  
roſo animo, cum coronam intuen-  
tur, capitis uulnera ferre: qui autem*

D 3 mer-

COMMENT. IN

mercaturā exercent, releuantur maximè, sola lucrorum spe, hæc enim eorum labores, aut extenuat, aut prorsum imminuit. Eadem ratione & regius vates, cum peccatorum remissionem magni lucri loco duceret, cumq; fauorem diuinum, diuiniq; numinis gratiam mēte complecteretur, nihil cunctatur, apud iudicem Deum semel atq; iterum clamare, eadem penetrare verba. Atq; vt ego arbitror, hoc studio semper, ac vehementi occupatione tenebatur per totam vitā, vt scelerum indulgentiam, summiq; iudicis fauorem & beneuolentiam precibus captaret. Satis hoc insinuat cum Psal. 114. inquit: In diebus meis inuocabo. Sunt peccatores quidam, quibus

PSAL. 130. 28

quibus satis esse videtur, si pro anteactis sceleribus, breuem aliquam precationem fundant: atque hoc de alijs rebus fortasse cogitantes. Ego verò (inquit propheta) si toto vite decursu nihil aliud efficerem quā clamare precibusq; & lachrymis tuam mouere beneuolentiam, & gratiam & charitatem erga me inflammare: neque mihi graue videretur, neq; satietate defessus vnquam quiescere. Est nāq; digna res, in quā tēpus omne profudamus, oīaq; insumamus vite momenta. Itaq; nō veretur propheta Dauid in re tāta eādē repetere sententiā, atq; in negotio tā amplo, eadem penè verba inculcare. Dixerat enim paulo superi⁹. Dñe exaudi vocē meā.

D 4 Nunc

COMMENT. IN

Nunc verò quasi languentem & de-  
fessum iudicem videret, eleganti eius-  
dem sententiæ repetitione excitat &  
ad rem attentiores reddit cū inquit,  
Fiant aures tuæ intendentes in  
vocē deprecationis meæ. Nihil  
ergo in his verbis occiosum inuenies,  
nihil quod ad asserendam propheta  
causam non faciat miro modo. Ha-  
bent enim hæ sententiæ crebrius repe-  
titæ significationem ardentioris affe-  
ctus. Atque hoc genere schematis,

quod Fabius congeriem vocat, inter  
ni doloris magnitudinem testatur. Il-  
lud verò magnoperè mirandum cen-  
seo, quid sit quod Regius propheta cū  
tam multis verbis suam precessionem  
exaudiri petat, eisdemq; sententijs re-  
peti-

PSAL. 130. 29

petitis sua vota admitti supplex ob-  
testetur: non tamē adhuc exprimat,  
quid postulet, quid contendat à Deo  
tam artificiosa oratione extorquere.  
Sic solent qui grauiter sunt affecti, et  
in acerbum aliquem casum inciderūt  
suam calamitatē apud alios testari,  
& genus infælicitatis & miseriæ e-  
xtollere & amplificare: aliorumque  
implorare opem, ac multis, eisdemq;  
verbis præsidij gratiam interpellare  
dicentes: Audi respice, iuuua, cur neg-  
ligis? cur obsurdescis? & multa huius-  
modi. Rem autem quæ premit, retice-  
re illi solent, arbitrati videlicet, quod  
ipsi soli sentiunt, latere neminem. Ad  
eum igitur modum Psaltes egregius,  
cum tot tantisq; verbis iudicis capiet

D 5 atten

COMMENT. IN

attentionem, eiusq; opem imploret, nondū tñ explicat, quid sit, quod tā grauius eum exagitet, quid quod tā vehemēter excruciet. Haectenus quidem veluti per insinuationem quandam, ostēderat, graui se peccatorum morbo correptum, cum in profundo se esse fateretur vltro cum se clamare dixisset. Id quod mihi nō videtur alienum à Rhetorū artificio. Nam cū iudicis animus, à rebus nostris, notaq; oratione alio se videtur contulisse, nobisq; minimè fauere, non aperto vtimur principio aut exordio, sed insinuatione potius, per quam latēter in iudicis animū irrumparamus. Id verò maximè necessarium Rhetores docent, cum dicentis causa nō prorsum videtur.

PSAL. 130. 30

videtur honesta. Satis ergo sciebat Regius vates, iudicem Deū propter admissa scelera, & à suis rebus esse alienū, & animum veluti aliò cōtulisse. Et quāuis peccata donare, aut de scelerū indulgētia agere apud Deū, nihil habeat turpitudinis (vitā enim et salutē peccatoris, inter res per se magnas et honestas ducit) verū enim uero, egregio vati in mentē reuocāti quātis beneficijs eū cumulasset, ad summos honores euehēdo, aduersariūq; Saulē, et regno, et fortunis oībus expoliādo: quū secū meditaretur etiā, quāmfuisset animo ingrato erga autorem tantorū beneficiorum: non adeò alienum censebat, ab omni turpitudine, ab eo precari peccatorū veniā, cui tā prauē

## COMMENT. IN

prauè in accipienda, reddendaq; beneficiorum & gratiarum ratione, respondisset. Maximè cum sciret Deum vehementer irritatum propter antea facta scelera, ita vt omnem curam ab eo, fauoremque amouisset. Quocirca nulli debeat mirum videri, si causam suam coram Deo. Opt. M. non ipso statim exordio dicendi exponit. Inquit ergo. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Consueuere itaq; qui alterius præsidium implorant, multis verbis agere, & eadem frequenter inculcare verba, & ita denique eum cuius egent ope alloqui, quasi sensu audiendi careret. Vnde Regius propheta ita Deum alloquitur ac si surdus esset

## PSAL. 130. 31

set, aut lōge discedisset, aut graui somno cōsopitus iaceret. Et hæc quidē nō sine schemate, quā Anthropopathiā appellamus. Hinc illud Psal. 43. Exurge quare obdormis Dñe? exurge, ne repellas in finē. Et aliquādo etiam Psal. 12. Quare auertis faciem tuā à me, quasi mea nolis verba percipere? Tūc verò maximè (atq; id nō præter rationē) et clamamus et voces profundimus, cū à nobis fortasse longè discedit is, qui solus nostræ salutis sit perfigiū atq; præsidium certissimum. Quā verò à peccatoribus longè sit Deus, idē ipse propheta testatur cū inquit: Longe à peccatoribus salus. Ego verò salutis appellatiōe, nihil aliud intelligo, quam Deū ipsum, qui sit cer-



COMMENT. IN

ta vita, & salus hominis: praesertim cum salutis nomine Hebraei, quidquid optimum est tota humana vita, maximeq; expetendum, significare soleat. Quae sententia, quoniam aliquantulum obscura & impedita videtur, altius repetendus erit stylus, ut sanctorum scripturarum locis innumeris, nonnihil lucis & claritatis infundamus: & huius loci germanum sen-

sum eruere possimus. Totum hoc universitatis corpus, quo omnia continentur, tanquam communi domicilio atque sede, certis quibusdam gradibus longè inter se diuersis consistere videtur pro quos vel ad summam Dei perfectionem res ipsae ascendant, vel ab eadem recedunt qualongissimè. Videre est inter

res

PSAL. 130.

32

res à Deo cōditas, alias quidē, q̄ neq; sensu, neq; ratiōe ducuntur, quarū dignitas, ea tantū est, q̄ existūt. Hic aut̄ rerū gradus à Deo lōgissimè distat, cū sit omnium infimus. In secūdo res illa cōstituēda sunt et reponenda, quae substantia et vita, sunt à natura instruita: sensu verò nō ita. Tertius cōtinet res illas, quae, quanquā rationis impotes sint, sensu tamē et propria quadā cognitione, et appetitu, ad ea quae sibi sunt cōmoda feruntur. Quae tametsi propius aliquantulum ad amplitudinē illā et magnitudinē videantur accedere: lōgè tñ à diuina mētis natura abesse, ratio demonstrat. Supremū verò gradum occupāt ea res, quae nō tantum vita sensuq; gaudent, verum etiam

et

COMMENT. IN

Et mente, Et ratione, inter quas excellētissimū animal, homo scilicet, angelusq; , nō iniuria computantur. Ea igitur omnia, quę in hoc supremo gradu continentur, proximē ad Deū videntur accedere; cū q; naturam illam diuinam; mentem Et intellectum iure appellemus: tum q; mentis illius in angelo Et in homine impressam imaginem, Et insculptam, non tantū sacrę literę testantur, sed externa etiam confirmat Philosophia. Iam verō accuratiū inquirendū est Et inuestigandum, quo potissimū rerum gradu, constituendi sint peccatores homines. Cum enim flagitiosos omnes, diuina Philosophia mortuos appellet, constat supremo illo in gradu

PSAL. 130. 33

du rerum collocandos non esse. Ibi enim eas constituimus res, quę ratione intellectuq; ducuntur. Sed neque inter illas connumerari debeāt aut possit, quę longiūs à diuinę mentis natura recedunt, quę vita scilicet sensuq; participant: vt duos simul rerū ordines complectamur. Est enim rebus singulis, quę vitę munere funguntur, à summo rerum artifice Deo proprium quodam vitę genus destinatum: quod, si careant, non iam viuētes, sed mortuę dicēdę sunt. Quis nō videt aliud vitę genus plantis, aliud animātib; à natura esse tributum? Quod si res aliqua, quę sensili vitę vti debuisset, non sentiat, neq; ea opera exerceat, quę sensibus exequi par

Peccatores  
res q̄ lōge  
à Deo positi.

E erat

COMMENT. IN  
erat, eam ipsam vitæ expertem dicē-  
remus: tamen si per intervalla tempo-  
ris augmenta quadam susciperet, vt  
plantula solent. Nam ea quæ in suas  
actiones proprias non feruntur, ne-  
cessarium est, careant interno suorum  
motuum principio. Id verò quod prin-  
cipio motus destituitur, mortuum es-  
se constat: hominis verò certas quas-  
dam esse motiones, peculiareq; vitæ  
genus, nullus est qui ambigat. Est au-  
tem eius vitæ non sensibilis quidē, cū  
pecudum & brutorum hæc propria  
sit. Neq; illa, quam philosophi vege-  
tatiuam appellauerunt, quæ est propria  
plantarū. Relinquitur ergo rationē  
& intellectū motuum humanorum  
principiū esse, totāq; hominis vitam  
hac

PSAL. 130 34  
hac vna in re maximè consistere, si ra-  
tione & intellectu, nō sensu aut affe-  
ctibus ducatur. Tūc enim non viuere <sup>Mētis &</sup>  
sed mori potiùs existimandum est. Si <sup>animi vī</sup>  
quidē non ea vitæ viuunt, quæ eum in <sup>ta; homi-</sup>  
propriū munus impellat. Quocirca <sup>nū est p-</sup>  
propheta Dauid, quoniam sceleratū <sup>pria-</sup>  
hominē nō ratione & intellectu, sed  
sensu potiùs agi, certò cognouerat: ob  
eamq; rē & omni vitæ destitutū, &  
tanquā cadauer iacere, intellexerat:  
ardēter petit Psal. 118: Intellectū da-  
mibi et viuā. Ea enim propria homi-  
nis vitæ est, quæ intellectu rationeq;  
cōstat. Quæ, si semel deficiat, necessa-  
riū est, hominem quàm longissimè à  
Deo discedere, à supremo nimirum  
rerum ordine ad infimum deuolutū.

COMMENT. IN

Clamat itaq; cœlestis Lyricus, orat, vociferatur: eadem verba, easdemq; sententias repetit: & denique iudicē Deum ita alloquitur, quasi ab eo longissimè abesset. Nam cum per peccatum à supremo rerum ordine in postremum se dedisset precipitem, cum animo reputabat suo, Deum Opti. M. qui vita sit & salus humani animi, ab eo discessisse procūl. Ob eamque rem, propter pudendum lapsum summa anxietudine constrictus, & incredibili animi mœstitia veluti cōsternatus, tam longa verborum congerie, sua vota admitti precatur, dicens: Domine exaudi vocem meā. Et iterum: Fiant aures tuæ intendētes in vocē deprecationis meæ. *Quæ*  
hacte-

PSAL. 130. 35

hactenus sunt à nobis obseruata, satis videntur significare Hebræa voces. Et Regium prophetā, scilicet frequenter pro remissione errorū preces fudisse: & iudicis Dei beneuolentiam, & attentum animum enixissimè postulasse: ceteraq; id genus ipso orationis decursu explicata. Sic sanè Hebræa sonare videntur: Fiant aures tuæ intentissima, in vocem deprecationum mearum. תה לינה אַזְנֵיךָ קָשֶׁב קָשֶׁב Est enim idē quod animaduertere summo studio, magnaque diligentia attendere, quemadmodum apertè constat testimonio Malachia. 3. ca. וַיִּקְשֶׁב יְהוָה וַיִּשְׁמַע Diligentissimè aduertet Dominus & audiet. Quo loco eadē vo-

COMMENT. IN

ce vsus est propheta Malachias, vt ostenderet, quanta cum diligentia diuino iudicio electi ab improbis secernēdi essent. Vates itaq; eodē verbo instantissimē petit suas preces exaudiri, animo ea in re veluti defixo. Commemoratur autem preces numero multitudinis, vt diximus, propter expositā à nobis causā. תחנונים. Verò nō tā oratio, quā obsecratio simplex est: Et tandē eius hominis est deprecatio, qui sūma sit calamitate, vrgentiq; cōstitutus in periculo. Vnde Salomō Prouerb. cap. 18. eandē vsurpabat vocē cū inquit, Pauper cū obsecrationibus loquitur. quò magis exprimeret dolorem, miseriam, & anxietudinem illam, quam mendici solent

PSAL. 130. 36

lent ostentare multum efflagitantes misericordiam, vt nos illorum miseret. Neque verò quispiam existimare debeat Deum Opt. Max. aut sauum esse, aut crudelem, qui non illicò hominibus copiam faciat earum rerum, quas summa animi anxietudine orādo petunt. Nullus enim pater vnquam tantum filio vnico indulget, quantum ipse nobis. Consueuere autem parentes infantulis filiis, cum aliquid enixè postulant, etiamsi vberiores profundant lachrymas, negare quod petant: nonnunquam etiam aliò vultus conuertere, simulant se non audire quod postulent: concessuri tamen, cum res & tempus poposcerit. Perinde etiam

E 4 summus

COMMENT. IN

*summus ille Deus, efflagitatibus nobis, in tempus nostra vota differt, daturus quod petimus, cum maxime viderit e re nostra esse. Et peritos medica artis videmus, febre laborantes, incendio liberare, non ut salute in malum abutantur, atque perniciem suam: nam tunc praearet morbo consensere. Cum autem vident aegrotum, sua culpa in lectum deterius recidere, eum permittunt aliquantisper cruciari (etiam si supplex praesidium sibi ferri, multis verbis postulet) ut cum infirmitatis senserit incommoda: et sanitatem charius amplectatur, et faciat omnia, quae ad eam conferre possunt. Non secus magnus ille animarum medicus Deus peccatores quosdam*

PSAL. 130 37

*dam cum morbo luctari permittit, eos maxime, qui suo vitio in eas agri-  
tudes post adeptam semel salutem  
inciderunt. Cum autem eos audit eni-  
xè postulantes, atque ex ipso acerbi-  
tatis sensu clamantes, non illicò aut  
respondet, aut morbo eximit: quò ani-  
mi salutem in posterum inter charissi-  
mas res, et pretiosissimas reponant:  
quam summis laboribus et vigilijs,  
multis lachrymis, atque clamoribus,  
indefessoque studio à vero medico im-  
petrarunt.*

Si iniquitates observaue-  
ris Domine, Domine  
quis sustinebit?

E 5 Hæc

COMMENT. IN

**H**Aec totius orationis propositio mihi esse videtur. Hinc argumentationis propheticae tota vis ducitur. Atq; hoc loco nobis eleganter ostendit in qua vna rem potissimum tota illius spectet oratio. Satisq; declarat, animorum medicum Deum; qui omnes cupit vehementer fieri saluos, nunquam cum hominibus ex eorum meritis debere agere, sed ex sua potius liberalitate & munificentia. Si enim nostrorum operum exacta apud Deum ratio habeatur, nullus, inquit, subsistet, sed omnes in discrimen mortis & interitus equa lance deuenient. Tantam namq; naturae hominum à peccato accepit plagam, & quae alioqui esset fragilis; per primum illud facinus tantum amisit ner-

uorum

PSAL. 130 38

uorum ac virium: vt non attollere se, non ingredi, non recte operari possit sine diuina ope, atq; auxilio. Quicquid vero cogitat, seu extruit humana mens iuxta propheticae sententiam, etiam si aliquid videatur habere Christianae pietatis admixtum, est tamen paeno menstruata persimilis, quanquam aliquam continere meriti rationem non sit denegandum. Si nulla itaq; esset iniquitas alia praeter ipsam corruptelam naturae, si nullum aliud scelus patrerent homines: prima illa semina quae homines inficiunt, sufficerent abunde, vt cum propheta diceremus: Si iniquitates obseruaueris Domine &c. Nunc vero in tanta peccatorum varietate, in tam ingenti scelerum

cum-

## COMMENT. IN

cumulo, in tali flagitiorum colluue,  
 quis non potius ad diuinum cōfugiat  
 præsidium, quàm sua merita iactet,  
 aut de suis operibus temerariè præsu-  
 mat? Si enim natura nostra corruptis-  
 simos motus & impetus, si hominis  
 cuiusque sordes exactius Deus expē-  
 dat, quis sustinebit? Opportet er-  
 go iuxta propheta sententiam sum-  
 mum Deum, cum in nos beneficium  
 aliquod confert, suæ bonitatis potius  
 rationem habeat, quàm humani me-  
 riti: quod (tametsi proculdubio ali-  
 quod sit) tenue tamen atque exiguum:  
 ea ratione saltem, qua à delectu arbi-  
 trij nascitur. Is itaque est totius ora-  
 tionis scopus, in quem reliqua omnia  
 conferuntur. Illud itaque initio car-  
 minis

## PSAL. 130 39

minis huius, primo explicandum &  
 excutiendum est, quã ob causam pro-  
 pheta non utatur criminis translatio-  
 ne, sed concessione potius? Erat ille sa-  
 cris literis strenue eruditus: utpote qui  
 diuinas leges nocturna manu versa-  
 ret, versaret diurna. Sciebat nullũ es-  
 se diuino iudicio atrocius flagitiũ, q̃  
 criminis aut peccati trãslationẽ: ta-  
 met si apud homines crebrò soleat reos  
 omni crimine leuare. Ad concessio-  
 nem verò quamuis confugiat: purga-  
 tione, tamen consulto non vitur, ne-  
 gando se peccasse. Non necessitatem  
 aliquam, non fortunam, non impru-  
 dentiam prætexit, non aliud eorum,  
 quibus solent flagitiosi homines, aut  
 falsam tueri innocẽtiam, aut propria  
 scelera



COMMENT. IN

Curcrimi-  
nis confes-  
sione Da-  
nid vta-  
tur.

scelera extenuare. Fatetur se peccas-  
se & quidem improbe, & iniquè, nō  
imprudenter, non fortuito, non violē-  
tia aliqua, aut coactione: & tamen  
hoc nomine sibi postulat ignosci. Le-  
gerat quantum suppliciorū, quantū  
ærumnarū in homines conflasset ge-  
nus illud purgationis primorū paren-  
tum post peccatū cōmissum. Rogante  
enim Deo, Quis tibi ostendit vt nu-  
dus esses ô Adā? quamuis scelus non  
negauerit, sed peccatum fateretur vl-  
trò, necessitatem tamē, & violentiā  
ab vxore quodāmodo illatā prate-  
xuit, aut translationē potius criminis,  
in fœminam vtebatur: quasi sola fuisset  
tantorū malorū causa. Eadem ra-  
tione, & mulier grauisimum scelus,  
impru

PSAL. 136 40

imprudētia nomine tuetur, cum in-  
quit, Serpēs decepit me. Quis satis di-  
gnè deplorare possit primorū paren-  
tū summā illā dementiam, aut perni-  
tiosam vniuersæ posteritati purgatio-  
nē illam criminis admissi, aut trans-  
lationem, propter quam tanta bono-  
rum copia & redundantia nobis e-  
repta fuit? Hæc nos in tantam re-  
rum difficultatem & malorum mo-  
lem coniecit: & ab immensa fœlici-  
tate depulit: ijsque incommodis, qui-  
bus natura nostra quotidie affici-  
tur, exposuit. Erant hæc omnia Re-  
gio vati minimè obscura aut ignota:  
vt pote qui diebus, noctibusq; diuinas  
leges meditaretur. Ea propter sua cri-  
mina non transfert, purgatione non  
exte

COMMENT. IN

extenuat, sed peccatorem se fatetur,  
 & quod est amplius, iniquum, cui o-  
 pus sit & iudicis Dei misericordia et  
 gratia & fauore. Cum igitur se pec-  
 casse, et peccasse cōsultò fateatur, pe-  
 tatq; sui misereatur: quis non videat  
 iam eam ipsam causam extra iudi-  
 cium esse constitutam? Si reus aliquis  
 ad iudicium delatus, qui capitis accu-  
 setur, scelus non abneget, sed supplex  
 veniam precetur, eius causa nihil in  
 iudicium venire, nemo ignorat. Cū  
 ergo iniquum se & flagitiosum pro-  
 pheta cognoscat, sua causa constitu-  
 tionem iuriditalem non esse, satis o-  
 stendit. Iam cum ad confessionem ac-  
 cedit, diligentius est animaduerten-  
 dum, quibus utatur verbis. Nō enim  
 pecca-

PSAL. 130. 41

peccata nominat, sed iniquitates po-  
 tius: quò multò atrociora sua fuisse  
 delicta ostendat. Est autem וַיֵּץ sine  
 iniquitas, in sacris literis, idem quod  
 Dei contemptus: & summa peccan-  
 di licentia eorum, qui non modò pec-  
 catis obnoxij videntur, sed vsque a-  
 deò perfricta frōte sese sceleribus ad-  
 dixerunt, vt pro nihilo ducant diui-  
 na iussa contemnere, vix sentiant iā  
 quod admittatur facinus, adeò eo-  
 rum corda instar saxi obduruerunt.  
 Ea voce impius Kain, qui primus  
 omnium fraterno sanguine terrā fœ-  
 dauit, utebatur Genes. cap. 4. וַיִּדַע  
 מִבְּשׂוּעַת מִצְוֵי מַיִן Maior est (inquit) ini-  
 quitas mea, quàm vt leuari possit.  
 Quo vno verbo satis aperuit, ab in-  
 F uito

COMMENT. IN  
 nito pectore veritate ipsa erumpen-  
 te, quanto se scelere contamina-  
 uisset. Quo fit, vt quoniam *וַיִּי* si-  
 gnificat ab a quo & recto magno-  
 pere declinare, Hebraei omnes, i-  
 mō & litera sacra eadem dictione  
 significant, quod curuum est, & à  
 summa rectitudine vehementer de-  
 flexum. Psalmo trigesimo octauo, i-  
 dem Regius propheta cum grauio-  
 ri arumnarū mole pressus, nulla se ra-  
 tione erigere potuisse significaret, in-  
 quit: *Μiser factus sum & וַיִּי*  
 hoc est incuruatus sum. Hac ideo  
 annotauimus, quò pio lectori osten-  
 deremus singulis penè vocibus egre-  
 gium vatem rem miro modo exag-  
 gerasse, quò se potentiùs deijceret,  
 &

VI. PSAL. 130. 42  
 & peccatorum ulcera & putredi-  
 nem apertius explicaret. Legimus a-  
 pud Ethnicos olim publicis in con-  
 cionibus corporum cicatrices ali-  
 quando detectas, quò factus iudic-  
 cum animi in suam causam pelle-  
 rentur. Praesens enim rerum conspe-  
 ctus maxime animos penetrat. Ne-  
 que vlla res est (vt arbitror) ad mo-  
 uendos affectus potentior. Segnius e-  
 nim (vt poeta inquit) irritant ani-  
 mos demissa per aurem. Quam quae  
 sunt oculis subiecta fidelibus. Ita-  
 que sanctus propheta cum iniqui-  
 tates nominat tam aperte, eo sa-  
 nè consilio hoc fecisse existimandum  
 est, vt antiqua illa vulnera pecca-  
 torum, coram iudice Deo, in frequēti

Scelera  
 tanquam  
 vulnera  
 Deo aper-  
 te detegē-  
 da.

## COMMENT. IN

torius orbis theatris detegeret. Dis-  
 eat hoc loco Christianus homo, nō es-  
 se villo pacto proprijs sceleribus assen-  
 tandum: neque nouis quibusdam vo-  
 cibus, & appellationibus in eam rē  
 excogitatis, peccata esse extenuāda:  
 quod plerofq; (prob. dolor) frequēter  
 facere videmus. Hi sunt qui carnis  
 peccata, id est, summas libidines, hu-  
 manitatis lapsus appellant. Quasi  
 quidpiam sit magis ab humanitate  
 alienum, quā summi Dei maiesta-  
 tem offendere. Ventris ingluuiem sa-  
 tietatis nomine occultant: summam  
 auaritiam, curam & studium rei fa-  
 miliaris dicūt. Idem dixerim de pau-  
 perum oppressione. & violentia in  
 eorum bonis expilandis. Quasi verō  
 Deo

## PSAL. 130. 43

Deo Opt. M. aut nostris commētis  
 possimus imponere, aut non multo sit  
 commodius peccatori detecta vulne-  
 ra flagitiorum diuinis oculis expone-  
 re. Multo circūspectius mendici ho-  
 mines mihi videntur facere: cum mi-  
 sericordiam, praesidiumq; anxie im-  
 plorant, & vt illorum nos misereat:  
 quā nos ipsi, qui peccatores sumus.  
 Namq; illi, cum aliquid extorquere  
 contendunt, non pretiosas vestes, si  
 quas habent, non valida & vegeta  
 membra ostentant, sed vestes laceras  
 et detritas: easq; partes corporis, quae  
 tabidae sint, quae vlcerosa. Publica-  
 nus ille, summa prudentia atque sa-  
 pientia vir, cum diuini Numinis, &  
 gratiam, & praesidium, tum peccato

## COMMENT. IN

rum remissionem, & antea acta vita indulgentiam precaretur: nō pretiosas vestes, non robur & sanitatē membrorum (quæ omnia recondita domi fortasse habebat) hoc est non bona opera, si quæ fecisset, ostentabat, nō iactabat merita, non vegetam interni hominis salutem, sed ulcerosam potius, & sanie plenam coram diuinis oculis conscientia exposuit Luc. 18. cum dixit: Deus propitius esto mihi peccatori. Quid aliud hoc loco detectum vides, quàm purridū vulnus, et partes omnes vitæ antea actæ tabidas magis, & corruptiores? Is æquissimo Dei iudicio in domum suam descendit iustificatus. Phariseus verò huius philosophia celestis ignarus, non sua vulne-

## PSAL. 130. 44

vulnera detegebat, quæ erant plurima: non animi cicatrices exponebat, neq; iniquitates declarabat: ea tantū cōmemorat, quæ fecisset bona opera, non tã sollicitus de animi sui salute, quàm de inani proprii meriti et superba iactatione. Sunt itaq; gratissima Deo vitæ & salus peccatorū, nihilq; magis ex animo cupit, quàm egrotantis animi morbis mederi: Sed us tãtū necessaria adhibet medicamēta adpellēdos peccati morbos, qui totos se fatentur peccasse, & peccasse gravissimè: qui non solum propria non extenuant flagitia, sed multis modis exaggerant: arbitrati, nulla se oratione scelerum magnitudinem consequi posse. Nec verò, Nō sustinebo, dixit

## COMMENT. IN

propheta, sed potius, Domine quis sustinebit? Illud verò diligenter animaduertendum, quòd propria conscientia vlcerebus expositis, nõ dixit propheta, Quomodo sustinebo, sed, Quis sustinebit? Quis (inquit) sustinebit hominum, si nostras iniquitates et humane nature lapsus consideres, si nostrorum scelerum exactã velis habere rationem, dignasque illis à nobis sumere pœnas, et inferre supplicia? Ea est humane conditionis ratio, vt nullus vnquam sine peccati labe, nullus sine noxa, miseram et calamitosam hanc vitam trãfigere potuerit. Vnus es tu, in quem peccatum non possit cadere, qui propria natura nullo possis scelere infici. Ergo quod dixerat: Si  
ini-

## PSAL. 130. 45

iniquitates obseruaueris &c. propositio erat, quemadmodum satis ostendimus. Nam quod inquit, Quis sustinebit, ratio propositionis est. Nec quempiam illud offendere debet, quod interrogando, et proponit et rationem reddit. Magis enim animus commouetur interrogatiõe ipsa, ardentioresq; habet affectus. Cũ ergo pphetica mēte. S. David quasi ex altissima specula magnorum virorum lapsus et iniquitates cõtemplaretur, que sunt sanctarum literarum monumentis prodita, pauca illa verba subintulit: Domine quis sustinebit? Itaque quemadmodum soler, qui naufragium pertulere, multasq; fluctuum iactationes, tandem mor-

## COMMENT. IN

ris discrimine liberati, in excelsa rupis vertice sese tenere, atque inde pelagus omne contemplari, & navigationis socios, eorumq; intueri pericula: videntes alios crebris fluctibus ferri, alios vnda submergi, alios ad prærupti montis saxa collidi, nonnullos ad littora contendendo properare: quosdam verò tabulæ vnius auxilio è fragmentis navis inuenta mortem euadere, reliquos tandem turbidis fluctibus ac multiformibus tãquam cadauera ferri. Eadem ratione, postquam ego (inquit) S. David meorum scelerum naufragium pertuli, & in fiduciam tandem tuæ bonitatis, tanquam in excelsam rupem, me contuli: mentis oculis mare hoc magnum

VI PSAL. 130. 46

gnum & vastissimum contemplor: videoque reliquos omnes, huius navigationis socios, grana quidem & intolerabilia pati pericula. Intueor primum omnium parentem, quem totius humana natura veluti nauicularium constituisti, abiecto remone atque gubernaculis, breui tempore per delictum, ad partes carnis defecisse. Video Mosem virum summa probitate, summaque innocentia, cui tu tam magna atque præclara contulisti testimonia, vndis fluctibusque peccati conuolui: cum ad aquas contradictionis, apud Israeliticam gentem, non eo quo debuisset studio, maiestatem tuam, gloriam, potentiaq; amplificabar, & extollebat.

Hinc

## COMMENT. IN

Hinc Aaronem sacerdotem summum contemlor, non solum eisdem fluctibus agitari, verum alijs multò grauioribus, ita vt ad prærupta mōtis Synā propter iuueni aurei scelus maneret fermè collisus. Ergo si quē admodū initio cæpi dicere, ij omnes quos fluctibus peccatorū iactatos antiqua scripturarum monumenta cōmemorant, serui fuissent regis cuiuspiam, qui vt eius iussa exequerentur è peregrinis regionibus magnum argenti & auri pondus, ingentesq; diuitiarum copias, ad amplificādos apparatus regio, in illius regnum importarent: & suborta tempestate vērisq; in contrarium ferentibus, propter eorum oscitantiam, confracta na

ui

## PSAL. 130.

47

ui, omnibusq; copijs amissis: tantum propriae salutis eorum quisq; haberet rationem, simulq; omnes in summum periculum vitæ venirent: nonne grauiissimū videretur, si cum in reliquos omnes Rex esset indulgentissimus, vni eorum succensens totius naufragij casum obijceret? Habuisset sanè seruus ille & vberem & amplam argumentorum materiam, quibus suā causam tueretur. Quid mihi obijcitur tua Celsitudo (diceret) hoc genus iactationis deplorandumq; casum, cū erga ceteros summa lenitate, summaq; liberalitate fueris vsus? Nunquid in me solum recidere debeat totius infelicis euentus culpa? Omnes ex æquo naufragium pertulimus, eisdem fluctibus



## COMMENT. IN

tibus acti, tractati eisdē ventis. Quod si summo iure cum omnibus agendum sit, quis inter tantos suam innocentiam iustitiamque possit asserere: cum fuerit omnium communis oscitantia atque socordia? Quod si tibi in animo est, ut qui incommoda navigationis huius fuerit perpeffus, is ipse debitas cogatur pœnas exolvere: quis nostram regiam poterit sustinere indignationem? Opportet in omnes seruos tuos æque animaduertas: neque enim vnius ignavia fuit, sed omnium fuit culpa communis. Cum ergo pro tua clementia, cum ceteris omnibus, et ample et magnifice feceris, reliquum est ut mihi pari ratione, eademque facilitate ignoscas. Ad eum modum egregius

## PSAL. 130. 48

gius vates cum Deo veluti in contentionem veniens his argumētis propriam causam tuerur: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Omnes in primo parente peccauimus: nullus prater eam est qui propria culpa sordes peccati non contraxerit. Nullus gloriari poterit castum se habere cor. Quis itaque sustineat cōceptos irarū tuarū ardores? Nullus propriæ innocentie tantam poterit fiduciam concipere, ut de hac re arbitretur se posse tecum contendere. Quicquid nostrum est, malum est, si quidpiam autē boni, illud verò pertenuē, atque vltimam aliquid. Talis est enim nostræ nature corruptela, ut dum fingimur, dum

conci-

cōcipimur, ea nos statim occupet per  
uersitas, vt ad malum semper omnes  
nostra vires propendant. Est itaque  
rationi consonum, nisi totam homi-  
num naturam prostratam iacere ve-  
lis, nunquam cum hominibus ex eo-  
rum iustitia agere, sed ex tua bonita-  
te potius. Quod si in ceteros regiam  
amplitudinem atq; misericordiā ab  
orbe condito declarasti (vt sacra tes-  
tantur leges) nihil est quod ego diffi-  
dam, meā iactationis atq; naufragij  
veniam apud iudicem equissimū ob-  
tinere.

Quia apud te propitiatio  
est, & propter legē tuā  
sustinui te Domine.

Sancta

Sancta illa & prapotens diuina  
natura, cum propter suā magni-  
tudinem, tum propter nostra ratiois  
angustias, aut comprehendi à nobis,  
aut satis intelligi, haudquaquam po-  
terat. Eamq; ob causam, Deus Opt.  
M. nostra ruditati consulens, ea de-  
creuit opera facere, per quæ cacutiē-  
tis hominis menti atq; animo, aliqua  
diuinæ lucis pars sese insinuaret. E-  
rat enim vehementer necessariū, tan-  
quam puero & infanti, modus ali-  
quis illi & loquendi & sentiendi de  
diuinis rebus præberetur. Neq; enim  
satis erat formando instituendoq; ho-  
mini, summum Deum leuem aliqua  
sui cognitionem contulisse, nisi etiam  
nouis & admirandis operibus homi-

Deus sese  
exeruit,  
& cōspi-  
ciendum  
mortali-  
bus dedit

G ni

COMMENT. IN

ni alioqui ignaro & rerum improvi  
do, nunc timorem incuteret, nunc ad  
amorem excitaret, nunc verò in spem  
erigeret, & tandem ad summi crea-  
toris laudes prouocaret. Ea propter  
omnipotentis opera adidit, variaque  
exempla iustitiae antiquitus protulit,  
vt hominum stultorum audaciatimo-  
ris frano coërceretur. Sapissimè etiã  
summæ sapientiæ suæ certa tradidit  
argumenta, tunc maximè cū ex infor-  
mi massa, totam hanc, quã oculis cõ-  
spicimus, venustatem eduxit: & ean-  
dem ipsam æquissimam in longissimũ  
tempus gubernabat prouidentia: vt  
diuinis laudibus celebrandis ingenti  
studio & assiduitate magna totus ho-  
mo incumberet, & tantarum rerum  
fre-

PSAL. 130. 50

frequens meditatio, humana mentis  
motus in amorẽ cõditoris inflàmaret.  
Verũ inter hæc omnia quæ ad ho-  
minum vtilitates, & excogitata fue-  
runt à Deo & inuenta, nihil magis  
necessarium esse videbatur, quàm vt  
& benignitatis suæ & misericordiæ  
proderet & magna & aperta indi-  
cia. Nã cū esset homo suapte natura  
ad peccandum propensus, non satis  
illi videbatur consultum, nisi etiã ma-  
nifeste diuinæ liberalitatis & lenita-  
tis praberentur notæ, quibus potuis-  
set de peccatorum venia apud iudicẽ  
Deum summam spem cõcipere. Ma-  
gnũ alioqui in omnẽ humanæ vitæ ra-  
tionẽ periculũ intentũ erat, ne fortas-  
se post admissũ scelus, ppter summã

Cur diu-  
na benig-  
nitatis po-  
tissimum  
plurima  
sint in sa-  
cris lite-  
ris indi-  
cia.

COMMENT. IN

animi contractionem à suo conditore homo deficeret. Huius verò benignitatis cum singulis penè momentis mortales, sensum aliquem & gustum accipiamus, qui peccatis frequenter sumus obnoxij: tunc verò in literis sacris, nihil magis aut celebratum aut decantatum comperies. Satis enim ut arbitror diuinæ literæ significant, nihil aut libèrius aut copiosius. D. O. M. hominibus donare, quàm scelerum indulgentiam & peccati remissionem. Huc spectat quod diuinæ miserationes, cætera summi Dei opera, multis modis excedere, & diuinam bonitatem vniuersum orbem semper opplesuisse, sacris est literis proditum. Cui sint ergo diuinæ bonitatis argumeta cuiusq;

PSAL. 130. 51

iisque nostrum cordibus inscripta, & ipso mundi opificio & gubernatione, singulis operibus declarata & expressa, ad varias hominum utilitates diuino consilio sacrarum literarum monumentis consignatur. Nā quæ uis multā ibi legantur quæ seueritatem diuinæ iustitiæ ostendant, nota-  
men ita existimandum est, quasi sit sanctarum scripturarum scopus, aut diuinæ legis supremus finis: ut seueritas scilicet diuinæ iustitiæ, et animaduersionis in impios homines, innotescat, & grauissimus nostris animis terror incutiatur. Quemadmodum enim, si artis medicæ rudis quidā & imperitus, incidat fortasse in Hippocratis scripta, quibus varia precepta

Seueritas diuinæ iustitiæ exemplum in sacris literis, quid præsent-

## COMMENT. IN

traduntur, quæ doceāt, quæ sit ratio-  
ne vrendum, quæue seccandum, quo  
pactō ager à cibo potuq; sit cohiben-  
dus, quo tempore amariora pharma-  
ca adhibenda: erraret is quidem si in  
eū finem medicā artem adinuentam  
existimaret, vt secaret medicus, vt  
vreret, vt acerba adhiberet medica-  
menta, vt inter egrotos tandem non  
tam medicum, quam carnificem age-  
ret. Non enim eas ob causas hoc ge-  
nus artis inter homines diuino fuit be-  
neficio inuectū, sed propter finē aliū  
longè diuersum, multoq; præstantio-  
rem & excellentiorē. Nēpe vt per ea  
quæ nobis amara videntur & acer-  
ba, perturbata humani corporis salus  
in integrā sanitatē vindicetur. Non  
secūs

- PS AL. 130. 52

secūs in literis sacris, in quibus de sa-  
lute animarū agitur, si lector nō satis  
attētus videat summū Deū primos  
parētes, à sacro nemore & amēnita-  
te illius horti, propter vetus flagitiū  
in has miseras & ærūnas pellentem  
Gene. 3: de Cain homicida, qui om-  
niū primus fraternū sanguinē fudit,  
grauissimas sumentem pēnas, Gene.  
4: totū orbē aquis diluuij veluti pos-  
tremā clade afficiētē: ciuitates am-  
plissimas Sodomorū et Gomorreoriū  
igne cœlitus delapso absumētē, Gen.  
19: aliaq; id genus exēpla iustitiæ æ-  
dentē: arbitrabitur fortasse, eū esse fi-  
nē supremum diuinæ legis, vt & sce-  
lera puniatur grauiter, et in hoīes im-  
pios omni seueritate aduertatur.

G 4 Hoc

COMMENT. IN

Hoc enim consilio supremus animarum medicus, hac omnia literis consignata voluit, ut eis iustitiæ exemplis: tanquam amarioribus & acerbioribus medicamentis cohibeatur in nobis peccandi, natura insita, propensio, vegetiorq; fiat interior noster homo: omnesq; diuinæ bonitati & misericordiae, ad remissionem peccati, aperti aditus maneant. Sunt itaq; omnia illa quæ iustitiam & seueritatem diuinæ animaduersionis declarant, veluti remedia quædam presentissima ad consequendum supremum huius artis finē, qui nullus alius mihi esse videtur, quam peccatorum indulgētia, & ea propitiatio, de qua inquit vates: Quia apud te propitiatio est &c.

PSAL. 130 53

&c. Neque verò præter rationem, et diuinam indulgentiam, & legē prætereà diuinam, simul connexuit propheta: tanquam Deus suapte natura misericors sit, & ab eisdem legibus perenda sint diuinæ miserationis argumenta. Si quis enim sollicitè & anxie de diuinis legibus cogitarit, eum oportet necessario magnā, solidāq; spem, de peccatorum indulgentia concipiat. Ea propter felicem iudicabat Regius vates eum, qui diebus noctibusq; circa diuinarum legum cōtemplationem, magna assiduitate versaretur. Nam cum lex (vt Ethnicis placuit autoribus) à delectu dicatur, nullis alijs legibus, tanto cum delectu traduntur, non solum ea quæ eli

G 5 gen

COMMENT. IN

genda faciendaq; sunt, verum etiam ea praecepta, quibus possint homines, aut venientibus morbis animi occurrere, aut graues aegritudines longo etiam tempore confirmatas pellere. Qui ergo omnes suas curas, omneq; studium huc confert, ut iugiter eam meditetur, commentetur, et animo ita obfirmet, ut in eam avidissime feratur: eius vita necessum est illi conformetur. Quod si aliquando contingat eum a recto deflectere, et in flagitiorum morbum, ut sunt humana omnia instabilia, incidat: inde medicos accersit, quibus necessum non sit pecunias erogare: inde praesentissima medicamenta, quasi insumamus, in nullam nos necessitate impediri mittat. Et quidem nos, fe-

bri-

PSAL. 130.

54

bricitantibus seruis, medicos accersimus, et domum separamus, eosq; cogimus artis legibus obtemperare. Quod si oscitanter et ignaui se in periculoso morbo gerat, protinus sumus difficiles, et custodes adhibemus, qui reluctantes etiam medicorum legibus obsequi magna cura et ingenti studio cogat. Si vero eadem leges perscripserint opus esse medicamenta impedere etiam pretiosa, cedimus illico, paremus, et harum legum soluimus premia. Nos vero cum animarum morbis laboramus (at vero nullum tempus est in quo non laboremus) nec medicum accersimus, nec pecunias impedimus, nec est diuinis legibus medicamenta petimus: ut cum regio vate possumus multo facilius animi morbis auxilium obuia-

## COMMENT. IN

obuiare, aut incidentes peccatorum curare aegritudines: sed tanquam coram nobis aut hostis aut inimicus iaceret, ita nostrorum animorum nullā prorsum gerimus curam. Cur non potius eas languentes ostēdimus Moysi? Cur non Esaiam Hieremiā, Matthæum, Ioannem, Paulum peritissimos medicos, omnes denique diuinæ legis scriptores adhibemus? Audiemus enim ab ipsis, quid oporteat agere laborantem animum, multisq; peccatis languentem. Neque enim ita mortui sunt, ut non loquantur ad huc. Audiemus Paulum dicentem Deum diuitem quidem esse & opulentum, cum omnibus alijs rebus, tū maxime misericordia et propitiatio-

ne.

## PSAL. 135. 55

ne: Deus (inquit) qui in misericordia diues est. Ephe. 2. Audies Matthæū qui magnas eo medicamento propitiationis, consequutus est utilitates, misericordiam diuinam multis exaggerantem nominibus, maxime cum mulierem Chananaeam lachrymantem inducit. Math. 15. cum se ipsum ad Teloneū sedentem. Quid verò aliud Ioā. discipulus dilectus clamat, quā diuinam propitiationem vnū esse præsens nostrarum animarū medicamentum, cum mulieris, tum Samaritanæ, tum deprehensæ in adulterio historias, tam copiosè prosequitur? Clamat apud Mosem medicus ipse: Exaudiā, quia misericors sum: & Moses cum Deum alloqueretur

mise-



COMMENT. IN

*miseriordem appellabat. Esaias vero pollicetur, clamantibus sincero corde Deum haud quaquam futurum: Clamabunt (inquit) & ecce adsum: quia misericors sum, capit. quinquagesimo octavo. Longum denique esset recensere quae loca scripturarum Dei propitiationem & misericordiam, tanquam unicum praesidium & medicamentum praesentissimum curandis animis ostendunt. Propheta itaque cum diuinas literas auidissimè legeret, auidiusque meditaretur: in tantam diuinæ miserationis spem erectus est, ut summa fiducia concepta dicat.*

*Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam susti-*  
 nui

PSAL. 130. 56

*nui te Domine. Est autem illud inter dicendi praecipuum et praecipuum, cum aliquid suadere contendimus, praesertim si apud iudicem aut principem orationem habeamus ut quidpiam impetremus, illius praecleara opera, si quae sunt, ob oculos ponere, eumque admonere earum rerum, quas antea fecerit & magnifice & liberaliter. Nihil enim magis audientium animos in nostram causam flectit, quàm ab eorum diutina consuetudine sumptum argumentum. Duobus igitur telis propheta Dauid & suam causam validè defendit, & rationem propositionis superius inductam confirmat. Quae duae res (inquit) plurimum in iudicijs valent.*

## COMMENT. IN

valent, amba pro me faciunt, lex scilicet, & consuetudo ab antiquis iam inde ducta temporibus. Et quidem id quod publico omnium consensu probatum videmus, quodque omnium aut plurimum consuetudo retinet, illud inquam, censetur legitimum. Illa vero consuetudo maxime vim legis obtinere videtur, quam non vulgus hominum, sed ipsa legislatoris voluntas inuexit. Quid autem magis aut familiare tibi, aut consuetum, aut cum tua natura coniunctius, quam hominum misereri, atque illis scelera & peccata donare? Cum exacta iam secula contemtor, quae ab ipsa orbis molitione initium duxere, illud vniuersae certaratione comprehendo, te in nullum

alium

## PSAL. 130. 57

alium affectum aequè fuisse propensum atque in munificentiam, liberalitatem, mansuetudinem denique & misericordiam, Principio quod hominem creasti, quod ad expressissimam tui imaginem finxisti, quis non videat opus fuisse ingentis misericordiae & bonitatis? Deinde quod amoenissimi illius horti, & omnium quae fueras molitus, summum illi concessisti imperium multo maioris munificentiae inditum fuit. Quid vero quod post admissum scelus lasae maiestatis, animum eius cepisti pulsare, & artificiosis interrogationibus auocare à scelere dicēs. Gene. 3. Adam Adam ubi es? Nonne hoc satis euidenter probat, eam ob causam te illum conuenisse, ut pecca-

H tum

## COMMENT. IN

tum agnosceret, veniam postularer,  
 & aditum aliquem tuæ propitiatio-  
 ni praberet? Nam quod post tantum  
 scelus ex felicissimo loco depulisti (vt  
 mea propositiōis rationem confirmē)  
 quamuis quibusdam videatur argu-  
 mentum magnæ seueritatis, & ani-  
 mi inflammati ad vindictā, mihi ve-  
 rō ipsam rem cum animo reputanti,  
 contrarium sanè videtur. Nam si pa-  
 radisum incoleret primus homo, po-  
 tuisset ille eis fructibus vesci, quæ cor-  
 poream vitam in infinitum tempus  
 prorrogassent. Quid autem aut mi-  
 serius aut infelicius potuisset homini  
 contingere, quàm eam vitam in lon-  
 gissima tempora producere, quæ tot  
 sit calamitatibus referta? Aut quid  
 est

## PSAL. 130. 58

est in ea ipsa vita, quod primum om-  
 nium parentem potuisset magnopere  
 inuitare, ad eam omni cura seruan-  
 dam atque tuendam, post miserabi-  
 lem & infelicem à tanta dignitate  
 ruinam? Fuit ergo profusa benignita-  
 tis argumentum, non seueritatis (vt  
 existimarunt quidam) id quod di-  
 xisti: Videte ne sumat de ligno vi-  
 ta & viuat in æternum. Genes. 3.  
 Nam tamen si propter admissum fa-  
 cinus magnas oporteat hominem  
 pœnas luere (ipsa enim vitæ ratio  
 ingens de eo sumet supplicium) non  
 tamen in animo est tam acerbè ho-  
 minem corripere, vt per immen-  
 sum tempus, vitam tam infelicem  
 & calamitosam sustinere debeat.

H 2 Iam

## COMMENT. IN

Iam vero reliqua omnia quæ ab ipso condito homine fecisti, quibus tuam miserationem & animi lenitatem apud mortales commendabas, recensere, multi temporis opus sit: ingētisque laboris. Satis fuerit dixisse progressus ipsos propitiationis & misericordiam omni ex parte in iis hæcenus respondisse, id quod lex tua satis ostendit, quæ nobis apertè declarat eam quam dixi fuisse ab initio voluntatē, & consuetudinem legislatoris. Quæ duo à propheta explicantur: cum inquit. Apud te propitiatio est. Neque enim inter se dissentiri queat, aut tua voluntas aut consuetudo, & leges illæ, quas erudiendis ad pietatē hominibus contulisti. Neque lex ip-

sa,

PSAL. 130. 59

sa, quæ mihi inter cætera magnam spem facit, & sustinendi, & expectandi, tuam misericordiam, abrogata fuit nūquam: derogata multo minus. Cum enim multa diuina decreta: quæ ad ornatum & solemnem diuini cultus cerimoniam spectant, fuissent aliquando rescindenda, illa tamen æterna erit & inuiolabilis lex, neque abdicabitur vnquam ante ipsam sæculi consumationem, quæ peccatorum remissionē pollicetur. Hæc sanè diuina bonitas & lenitas animi, quæ lege est diuina comprehensa, pijs hominibus à condito mundo subdidit calcaria, & iniecit stimulos, vt debita veneratione & religione Deum prosequerentur, quæ He-

H 3 braa

COMMENT. IN

*braa lectio satis indicare videtur.*  
 כִּי עִמָּךְ הַסְּלִיחָה לְפָעוּל תּוֹרָה, i. *Quia*  
*tecum misericordia est, propterea ti-*  
*bi timorem & venerationem morta-*  
*les tribuunt. Si ea bonitas (inquit)*  
*apud te non esset, quæ peccata condo-*  
*naret, nemo te ex animo coleret, sed*  
*omnes vt tyrannum & sæuum auer-*  
*sarentur, id quod à tua natura maxi-*  
*mè est alienum.*

Sustinuit anima mea in  
 verbo eius: & sperauit  
 anima mea in Domi-  
 no.

*Diuina  
 scriptura  
 cur ver-  
 bum di-  
 catur.*

**C**omperiet curiosus sanctarum scri-  
 pturarum lector, diuinas leges  
 veteri

PSAL. 130. 60

*veteri Hebræorum cõsuetudine, aut*  
*arcano potius spiritus cõsilio, crebrè*  
*appellari verbum Dei. Nam cum a-*  
*liquando Dei iustificationes, nonnùm*  
*quã præcepta, & testimonia, tum ve-*  
*rò maxime, & verbum & eloquium*  
*Dei canonica appellatur scriptura.*  
*Quemadmodum ergo aliorum nomi-*  
*num causa & ratioes, copiosè et ele-*  
*gãter ab optimis scripturarum interpre-*  
*tibus traduntur: ita nõ fuerit præter re-*  
*Christiano lectori aperire, quã ob cau-*  
*sam verbum Dei appelletur totum hoc*  
*diuinius philosophie genus. Iuuabit*  
*sanè is noster labor et ad exactam præ-*  
*sentis carminis intelligentiam adse-*  
*quendam: & certam commonstrabit*  
*viã, & signabit iter, ad explicanda*

H 4 diuer

COMMENT. IN

diuersa sanctarum scripturarum loca. Duplex itaque cum sit loquen-  
 docendiq; ratio, quarum altera sola  
 autoritate dicentis, argumentis & ra-  
 tionibus constet altera: prior ille do-  
 cendi modus, summa est & dignita-  
 tis & excellentiæ: neque alteri vn-  
 quam congruere possit quam Deo,  
 cuius summa est autoritas, existima-  
 tio, atque maiestas. Homines enim  
 quantacunque sint dignitate, quãuis  
 & ingenio & eruditione plurimum  
 valeant, si quidpiam aut assuevan-  
 dum est, aut publicè siue voce siue scri-  
 pro docendum (maxime si de eis re-  
 bus quæstio incidat, quæ sint extra  
 commune iudicium constituta) argu-  
 mentis id conficiunt & rationibus in-  
 eam

Quæ do-  
 cendi for-  
 ma Deo  
 cõueniat,  
 quæ homi-  
 nibus.

PSAL. 130 61

eam rem artificiosè inuenitis: nonnun-  
 quam etiam iureiurãdo interposito,  
 vt auditorum animos in suam sentẽ-  
 tiam flectere possint. Eius rei & aper-  
 tum et familiare habemus exemplũ,  
 qui in euoluendis Aristotelicis ar-  
 gutijs bonam vitæ partem insumpsi-  
 mus. Nullus (vt arbitrator) ignorat,  
 quantam animi contentionem & as-  
 siduitatem sibi assumpserit Aristot.  
 Peripateticorum princeps, vt osten-  
 deret vnum aliquod esse principium,  
 causamq; motus vnã, in quam om-  
 nes essent motiones referendæ. Huic  
 sententiæ vt fidem faceret, non sim-  
 plicioribus verbis, sed argumẽtis mul-  
 tis & maximis rem prosequitur: edi-  
 tis in eum finem octo Physicorum li-  
 H 5 bris,

COMMENT. IN

bris, quos exactè intelligere, opus sit  
 immēsi laboris: quanta verò aut utili-  
 tatis, aut fructus, aliorum esto iudi-  
 ciū. Ad eundem modum Plato vir  
 summa sapientia solidioriq; doctri-  
 na in Timæo varias affert ratioēs, ar-  
 gumenta inducit, similitudines con-  
 gerit, omni studio in eam rem incum-  
 bens, ut ostendat præstantem aliquā  
 esse naturam atq; aternā, quæ omnia  
 ex informi & rudi materia eduxe-  
 rit: quæ cælum terrasq; tueatur &  
 regat, cuius Numini singula pareāt  
 & obsequantur. Moses autem om-  
 nium Philosophorū præstantissimus,  
 cum de duabus his rebus ageret quæ  
 sunt in vita maximæ, reiecta tāta ar-  
 gumentorū mole, nullis inductis en-  
 thy-

PSAL. 130. 62

thymematis, similitudinibus nullis,  
 duobus verbis ausus est affirmare.  
 Genes. primo, quod cæteri omnes vix  
 multis laboribus, ac sudoribus, mul-  
 tisque libris editis asseruerunt: In  
 principio (inquit) creauit Deus cæ-  
 lum & terram. Ecquis tandem iste  
 est, qui cum de rebus altissimis dis-  
 putet, atque diuinissimis, propria  
 tantum autoritate nititur, spreto ijs  
 rationibus, quas homines ad fa-  
 ciendam fidem tantarum rerum ad-  
 inuenere? Quis alius, inquam, quàm  
 summus ille Deus, qui ut suis ver-  
 bis fidem conciliet, sola autoritate  
 dignitateque propria eget? Excedit  
 enim hæc argumenta omnia & ra-  
 tiones humanis artibus adiuuentas.

Appel

## COMMENT. IN

Appellantur itaque Biblia (vt eò re  
deamus vnde digressi sumus) verbũ  
Dei quòd apertis verbis & simpliciõ  
ribus fidẽ adhibeamus, propter sum-  
mam autoritatem & dignitatem di-  
centis. Dicuntur etiam verbum Dei  
quòd nullis argumentis aut rationi-  
bus ad res firmandas vtantur. Ac-  
cedit ad hoc quòd sola diuina scriptu-  
ra (id quod olim multos & doctos et  
eloquentes viros animi suspensos te-  
nuit) solo verbo iubet, increpat, cõmi-  
natur, et quod amplius est, scelerũ re-  
missionẽ et aeterna bona, nunquãque  
interitura solo verbo pollicetur. Quę  
oĩa satis (vt arbitror) declarant, totũ  
hoc Philosophiã genus à Deo fuisse  
profectum. Nam quis vnquam ho-  
minum

## PSAL. 136. 63

minum (per Deum immortalem) eo  
dementiã atque insaniã processit, vt  
sola autoritate (quã ad aliquid pro-  
bandum & solet, & debet valere  
plurimum) omni argumentatione re-  
mota) & remissionem peccati, & æ-  
terna polliceatur præmia: & aeterna  
etiam supplicia de improbis se aliquã  
do supturum affirmer? Etiam si mul-  
tis verbis multisq; rationibus, id as-  
ferere curarit, iureiurando interposi-  
to, nihil aliud efficeret, quam risum  
omnibus mouere. Itaque cùm toties  
Diuinã literã peccatorum veniam  
scelerumq; indulgentiam polliceatur  
(id quod summa admiratione dignũ  
multis visum est) fieri non potest, vt  
genus hoc Philosophiã ab alio quam



COMMENT. IN  
à Deo fuerit profectum. Quemad-  
modum enim prodidère & graues et  
eruditi autores, maioris miraculi est,  
impiū iustificare, quàm ea omnia con-  
dere quæ cæli ambitu continentur.  
Cumq; suapte natura, peccata remit-  
tere, opus sit vsque adeò stupendum,  
magnam fidem his quæ diximus fa-  
cit, in eam rem nullum aliud argumē-  
tum adhiberi præter simplicem quan-  
dam locutionem, ipsamq; dicentis au-  
toritatem. Ergo cum sint (vt initio di-  
ximus) duo dicendi genera, quorum  
alterum sola grauitate, & autorita-  
te dicentis, humanis rationibus nita-  
tur alterum: fit necessariò, vt duplex  
etiam sit adhibendæ fidei ratio. Aut  
enim verbis simplicioribus credimus,  
aut

PSAL. 130. 64  
aut optimis quibusq; rationibus, in  
aliorum sententiã pertrahimur. Est  
aut illud primū credendi genus, quē-  
admodum præstantissimum & sum-  
mæ difficultatis, ita etiã soli Deo de-  
bitum. Neq; enim in rebus arduis et  
per se magnis tantū tribueretur alicui  
hominū, vt de eodē iurè dicatur. Su-  
stinuit anima mea in verbo ei⁹.  
Vnus est Deus qui solo verbo nostros  
possit in suã sententiã flectere animos,  
qui sola maiestate et dignitate sua, fi-  
dē his q̄ dixerit cōciliet. Postremū ve-  
rò illud asseriēdi genus, violētia qua-  
dã rapit secū eos qui credere debeāt.  
Quapropter, cū sit aliena oīs coactio  
à nostri animi libertate, quã Deus in-  
tegrã semp̄ vehemēter cupit, relinqui-  
tur,

## COMMENT. IN

tur, vt hæc credendi ratio hominibus  
debeat, qui argumentis vndecunq;  
quæstis, aliorum animos sibi adiun-  
gunt, & faciunt beneuolos. Cum er-  
go cælestis Lyricus illud tantum hoc  
loco efflagitaret, vt sibi donarètur er-  
rata, magnamq; & solidam fidu-  
ciam de Dei bonitate a dō cōcepisset,  
nihil potuit (vt arbitror) aut vensus-  
rius aut elegātius dicere, q̄ Sustinuit  
anima mea in verbo eius &c.  
Multi sunt (inquit) qui in re vsque  
adeo magna, qualis est impij iustifica-  
tio, & argumenta validissima, et ra-  
tiones non inefficaces expectarent.  
Ego vero reiectis omnibus, quæ ab ar-  
te ingenioq; proficiscuntur, non agrè,  
non cunctabunde (quod aliqui solēt)  
sed

PSAL. 130. 65

sed magna ac penè incredibili animi  
facilitate sustineo, expecto quæ solo  
verbo de peccatorum indulgētia pol-  
licitus es. Si id mihi aut Pythagoras  
quisspiam, aut Plato aut Arist. mul-  
tis verbis, magnoq; delectu argumen-  
torum promississent, hasitarem sanè:  
& rationes ab eis extorquerem, quæ  
me ea animi perplexitate liberarent.  
Tibi verò etiam in rebus summis &  
suapte natura mirandis & stupēdis,  
magna est adhibenda fides, vel ob eā  
rem tantum, quòd solo verbo signifi-  
caueris te quidpiam esse facturum.  
Hæc mihi videtur altera rationis su-  
perius inductæ confirmatio. Erat e-  
nim propositio per quam summatim  
ostendebat, quid voluisset probare.

I Adhi

COMMENT. IN

*Adhibuit prater à rationem propo-  
sitiōis cum dixit: Quis sustinebit?  
Subiecit illicò rationem confirmatio-  
nis, cum diuinam propitiatiōē alle-  
gabat. Præsenti verò carmine, tan-  
quam validiori argumento eandem  
ipsam rem confirmat. Aut enim ex  
tua gratia consuetaque bonitate cum  
hominibus agendum est, quemad-  
modum & consuetudo antiqua &  
leges ostendunt: aut non ex libera-  
litate, sed summo iure potius cum  
eisdem agere decreuisti. Hoc ve-  
rò postremum efficere, rationi con-  
sentaneum non videtur. Nam cum  
inter homines etiam nullus sit, qui nō  
suam dignitatem ingenti tueatur stu-  
dio, suarumque pollicitationum ita  
ratio-*

PSAL. 130. 66

*rationem habeat, vt magnā in pro-  
missis seruet constantiam: quo pacto  
de tanto iudice suspicari quispiam  
possit, aut fidē hominibus datam eū  
frustrare, aut supplicibus denegare  
præsidium, aut peccatores homines  
in sua bonitate locatos, funditus per-  
dere velle? Cum itaque diuersis scrip-  
turarum locis: peccatorum remissio-  
nem, ex animo petentibus, solide-  
que sperantibus promiseris: postu-  
lat ratio, mihi homini peccatori sce-  
lera, quantumuis grauissima, indul-  
geas: siquidem sustinuit anima mea  
in verbo tuo, & magnam de tua  
bonitate spem concepit. Nam quo  
pacto qui tantam accipit fiduciam,  
fidem promissorum non præstet?*

COMMENT. IN

Ego vero (Christiane lector) non possum non mirari, quàm ardeant singula penè verba huius carminis. Dixerat superiori versu: Propter legem tuam sustinui te Domine: nunc vero ut ostendat, quanta nostros animos spes tenere debeat, cum peccatorum veniam precaturi accedimus, eadem penè verba subiecit: Sustinuit anima mea in verbo eius. Nam sustinendi verbum geminatum ac repetitum subinde, summam fiduciam & expectationem minimè vulgarem, in divina bonitate collocatam significat: & in spem recuperandæ salutis vehementer erectâ. Quæ omnia ab ipsa Hebraei textus lectione eruere non fuerit difficile. Est enim verbum *קָיָה* quo

vates

PSAL. 130. 67

vates utrobique usus est, non solum sustinere, verumetiam & animo pendenti, & avido, certo, & confirmato, rem aliquam expectare. Vititur aliàs eodem verbo sæpissime, cum in magnis periculis præsens aliquod remedium expectare se dicit, ut Psal. 40: Expectas (inquit) expectavi Dominum. Quæ precatione magnū aliquod incommodum quo affectus esset celebrat: ostenditque quàm anxie favorem numinis expectauerit, quo uno se creptum gloriatur. Et apud Esai. cap. 5. quo loco de summa industria atque solertia agitur, eius agricolæ, qui vineam plantavit selectioribus surculis, in loco vberis, qui & turrim extruxit in ea, & torcular fo-

I 3 dit

COMMENT. IN

dit, וְיִקְוֶה לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים, Hoc est, ex-  
pectaui vt ederet uvas. Vbi verbum  
קִוִּיתָ nō vulgarem expectationem si-  
gnificat, sed anxiam potius atque pē-  
dentem. Quod satis ostendit tantum  
in plantanda, extruenda, exornan-  
daque vinea studium. Animam au-  
tem non tantum semel nominat, sed  
& animam sustinere, atque animā  
sperare dicit. Quibus (vt arbitror)  
insinuare voluit, totum hoc genus  
causæ ad animam pertinere, in ani-  
mo residere miseriæ nomen, vniuer-  
sumque aruminarum pondus in ani-  
mam recidisse. Nam cum Deus Op.  
Maxi. (tametsi corporum medicus  
sit, qui ea nutriat, foueat, atque sus-  
tenter) animarum curam maxime  
profi-

PSAL. 130. 68

profiteatur: prudenti satis consilio, a-  
nimæ appellationem subinde repetit:  
tum vt cœlestem medicū propriū ad-  
moneret muneris & officij, tum vt  
ostendat, id genus morbi animi esse,  
parum aut nihil ad corpus spectare:

Quamuis non negem sæpissime pro-  
pter occulta scelera, corpus humanum  
diuersis incommodis affici. Animæ  
autem nomen Hebraice נַפְשׁ nonnū  
quā ad corpus pertinere, Hebraorū  
doctores classici affirmāt: vel saltem  
virtutē illā significare, qua viuimus  
atq; sc̄timus. Neq; insolēs est in arca-  
nis literis, animā pro toto hoīe accipi  
Genes. 12. Aias quas fecerat in Arā.  
Et cap. 14. Da mihi aias, cætera tolle  
tibi. Quæ pprietate loq̄ndi Christus

Animæ  
vocabu-  
lum in sa-  
cris lite-  
ris corp-  
etiam alī  
quādo sig-  
nificat.

COMMENT. IN

R. fortasse dicebat. *Qui amat animam suam perdet eam.* Itaque tametsi animæ appellatio præstantiorem hominis partem significet, unde totus censetur homo (quod externa philosophiæ cultoribus etiam placuisse legimus) more tamen sanctarum scripturarum & communi Hebræorum consuetudine, interiorem hominem & exteriorem, significare nemo dubitat. Cum ergo propheta David nonnunquam animam se dicat effundere, & Hanna Samuelis mater ad eundem modum quando ob sterilitatem & æmula insultationem, apud Dominum quereretur. i. Reg. i. non incongruum videtur appellatione animæ quicquid virium intra nos est intellige

Anima  
Dauidi  
-  
cis pre-  
ca-  
tionibus  
quid.

PSAL. 130 69

telligere, siue ad virtutem intelligendi, siue sentiendi pertineat: Erit igitur iuxta hanc vocis acceptionem, animam effundere, metem ipsam & sensum, simul coram summo Deo, ipso precationis tempore, exinanire, ita vt extra nos positi videamur. Nam cum sit oratio ipsa, quæ ad cum Deo colloquutio, in eum oportet esse mentis nostræ oculum intentissimum, non aliter quam oculum iaculantis in albu, vt collimet: alioqui in diuersum quæ quò destinaret abibit. Regius propheta ita totus orabat, vt mentis oculos à Deo, vel ad suos affectus, vel ad corporis motus, & perturbationes, vel ad aliena iudicia, nunquam deflecteret: ne fortasse, solidam rem  
I 5 atque

COMMENT. IN

atque perēnem pro leui ac vanissima  
 cōmutaret: aut excellentis operæ ma-  
 ximum ac præstantissimum premiū  
 amitteret. Hæc animæ frequens repe-  
 titio, satis (vt arbitror) indicat, neces-  
 sarium vehementer esse, ei qui ad sa-  
 crum se accingit colloquium, Christi  
 R. præceptum seruare: vt in se ipsum  
 prorsum secedat, ita vt neque adfec-  
 tus admittat suos, à ratione auersos,  
 neque aliarum rerum curas inutiles:  
 sed omnia potius quiescant & cedāt  
 operi, quo nullum potest esse in vita  
 maius aut præstabilius. Discedat ma-  
 litia, nam ad optimum accedit, qui  
 orat: abeat odium, nam ad amorē ip-  
 sum; cessent nugæ & res leues, nam  
 ad seria & solida & permansura in  
 oratione

PSAL. 130. 70

oratione vadit. Denique omnis est  
 adhibēda opera, vt totus homo, quā-  
 tum fieri potest, in animum & spiri-  
 tum transeat, omni corporea mole so-  
 lutus ac liber.

A custodia matutina vs-  
 que ad noctem, speret  
 Israel in Domino.

Custodiam hoc loco intelligas, mi-  
 litares vigilias, quas in quaterna  
 horarum spatia à priscis diuisas legi-  
 mus: ita vt prima, secunda, tertia, &  
 quarta vigilia dicatur. Quamuis  
 non ignorem apud probos autores,  
 custodiā siue vigiliam excubias diur-  
 nas pariter & nocturnas significare:

COMMENT. IN

vt est apud Plautum in *Aul.* Hoc igitur primo statuendum, custodiam matutinam in presentia quartâ noctis vigiliam esse: eamque matutinâ appellatam, quod mane ipsum iamini adfore significet. D. Hieronymus sic legit & interpretatur hunc locum. *Anima mea ad Dominum à vigilia matutina, usque ad vigiliam matutinâ, nec secus Hebraei auctores.* Admonet igitur Israelis nomine eos omnes qui grauiori peccatorum morbo haerens laborarunt, nequaquam ad tempus aliquod statutum aut presinitum certam fiduciam & spem de peccatorum remissione concipiendam, sed in omne potius & dierum & noctium ambitum. Id enim per synedochem significat.

PSAL. 130.

71

gnificare voluit, cum matutina custodia et noctis praterea meminit. Ea itaque tempora existimat propheta, nobis eripi nobisque subduci, quibus non aut laudibus creatoris, aut postulationibus, aut orationibus crebris, instamus. *Psallam Deo meo (inquit) Psal. 145. quamdiu fuero. Nullam temporis iacturam faciam: nulla vite pars mihi è manibus elabetur: singula vite momenta in eam rem consummam libenter: vt tuam virtutem, laudem, & gloriam, quanta animi contentione poterò, dum vita egero, multis carminibus celebrem. Vatis itaque iudicio, illud est pretium temporis imponere, aestimareque dies: cum de summo bono aut cogitamus, aut loquimur,*



COMMENT. IN

mur, cum nostrorum scelerum indulgentiam petimus, cum solida spe & confirmato animo, diuinam munificentiam & bonitatem intuemur. Cum enim dixit: A custodia matutina usque ad noctem, latenter monuit, ne quisquam nostrum in re tanta, ex castro pendeat. Hortatur, ut ad tam præclarum opus, & hodierno manum iniiciamus, & omnes complectamur horas. Nam quemadmodum optimis etiam autoribus placuit, reliqua omnia cum aliena sint, tempus tamen nostrum est: unde oportet momenta omnia colligamus seruemusque. Satis sciebat propheta se ab autore Deo, missum in possessionem temporis

PSAL. 130. 72

poris (rei usque adeo fugacis) nescius quando ab ea possessione expellendus esset: eamque ob causam non aliena auidè retinere docet, sed quod nostrum est potius, ne sine fructu aliquo, imprudenter abire patiamur. Nos verò singulis diebus nobis ipsis pollicemur, vitam meliorem, statuimus frequenter penes nos, petituros instantissimè, A matutina custodia usque ad noctem, antea acta vite commutationem, & impietatum & scelerum indulgentiam, & dum hæc differuntur indies, vniuersa vita nostra, ignorantibus nobis transcurrit. Illud autem magnopere propheta Regius, præsentis carmine hortatur

hortatur, ne quispiam nostrum existi-  
met, illicò fortasse abijciendum esse  
animum, cum vota nostra post pre-  
cationes differuntur. Id quidem fa-  
cit indulgētissimus pater, cum vider

Deus cur è re nostra esse. Nam sæpe apud im-  
qua peti- peritiam incogitantiamque hominū  
mus con- vilescit: quod leui opera exorarunt.  
ferre dif- Differt ergo munus diu à nobis desi-  
ferat. deratum, vt quod nostro iudicio em-  
ptum caro arbitramur, magnificia-  
mus, ac proinde etiam largitorem ip-  
sum: id quod nobis vehementer con-  
ducit, & ad cultum & ad amorem  
diuinum, & ad reliqua dona com-  
paranda. Quocirca, nō est illicò de-  
sistendum, neq; inter primas preces,  
omnis nostra fiducia abijcienda: im-

mo

mo vero iuxta vatis monita. A cus-  
todia matutina vsque ad noctē orā-  
dum, & ad petendum instantius ar-  
dentiusq; consurgendum. Exemplo  
sit nobis vetula illa Luc. 18. quam no-  
bis magister Christus ad imitationē  
proponit, quæ iudicem iniquum &  
Deorum & hominum contemptorē,  
in suam causam pertraxit: & animū  
sua improbitate ea ratione inflexit,  
vt pro illa sententiam ferret, & obti-  
neret causam, quam alioqui audire  
& graue illi & molestum esset. Mul-  
ta sanè legimus, & veteri & nouo  
testamento, quæ nos ad hoc genus phi-  
losophia sectandum, magnopere co-  
hortentur. Nam quis vnquam Ma-  
nasse deterior. 4. Reg. 21. Potuit ta-

K men

COMMENT. IN

men eius fiducia et expectatio Deum  
habere propitium. Quis impudētius  
cecidit quam sanctus David? Et ta-  
men de peccatorū venia apud Deū  
nō dubitavit: neq; vnquā fiduciā cō-  
sequēdē salutis abiecit. Paulus antea  
blasphemus, & persecutor, factus est  
euangeliū præco. Quid Matthæo fla-  
gitiosus? At verò tēporis progressu, a-  
postolus cōstitutus est. Meretrix fuit  
Raab Iosua. 2. & tamē eadē fuit mi-  
sericordiā cōsequuta. Lator pretereā  
cæli municeps. Luc. 23. propter pecca-  
torū cōfessionē, & solidā fiduciā fac-  
tus est. Longū esset eas mutationes no-  
uas & stupēdas, referre: quas diuina  
bonitas, in solidā spēs, diuturna q; di-  
uine munificētię expectatio, à cōdito  
mundo

Diuina  
munificē-  
tia mul-  
tis exem-  
plis expli-  
cata.

PSAL. 130. 74

mūdo effecere. Multas quondā vide-  
mus gestas, & quotidie nūc occurrē-  
tes, si aduertamus. Hæc itaq; cū intue-  
mur ne desperemus vnquā, sed nos ip-  
sos potius excitem⁹, aīos q; nostros in  
optimā spē erigamus: et cū semel capi-  
mus, p̄ scelerū remissione diuinas au-  
res pulsare, ea via celeriter p̄gredia-  
mur: ne per animi cōtractionē, et per  
nitiosā mcestitiā, aut claudam⁹ fores,  
aut aditū diuine gratiæ et indulgētię  
præcludamus. Videbitur forrasse nō  
nullis multo labore op⁹ esse, magna q;  
sedulitate: si tāta in petēdo assiduitas  
seruāda est, et retinēda. At verò tēpus  
omne etiā qđ elapsū est, quod q; in pos-  
terū futurū speramus, modicū qđ est  
(id qđ autorib⁹ ethnicis etiā placuit)

COMMENT. IN

quādoquidem finem est habiturum. Verum tamen etiam si longissimum esset, si labor petendi & sperandi ingens & immensus ab ipsa custodia matutina vsque ad noctē, (vt propheta inquit) esset libenter hoc laboris subeundum. Quamuis enim circa pulcherrimum hunc laborem nō desudes, omnino aliter labores necessū

Circa pro-  
prium sa-  
lutem la-  
borandū  
omnino.

est. Quod si utrobique laborem esse videmus, quare iuxta propheticam sententiam, non hunc potius eligimus, et petendi & sperandi ardentissimè: cū fieri non possit vt sine magno sc̄nore ad nos non redeat oratio, & ea quā in Deum collocamus fiducia? Nam quis secularibus rebus vnquam deditus, non summa pericula, & rei familiaris

PSAL. 130. 75

miliaris iacturā, & corporis, & pecuniarum, & vitæ ipsius consumptionem, & alias post alias iactationes patitur? Hic verò labor noster ad quē hortatur propheta, tametsi nullum illicò tulerit prouentum, temporis progressionē animos nostros magnopere oblectabit. Est quidem labor ipse breuis & angustus sed illud posterius orationis premium (quod propheta pēdenti animo spectabat) infinitum est, iniucundumq; habens nihil. Iam verò si quorundam illa interpretatio nobis probetur, supra expectantes mane, sperauit anima mea supra expectantes mane: in hunc sensum est accipiendus locus. Quemadmodum (inquit) vigiles qui noctu ciuitates custodiunt

COMMENT. IN

rodiunt, suasque obeunt excubias,  
ardenter quidem atque enixissime  
mane desiderant: perinde & ani-  
ma mea flagranti desiderio tuam bo-  
nitatem, fauorem, & praesidium  
expectat. Multae aliae fortasse si-  
militudines Regio vati suppetebant,  
ad explicandam ardentem animi cu-  
piditatem, qua diuinam gratiam  
praestolabatur: nulla tamen tam ap-  
posite eius cogitata potuisset expri-  
mere. Cupiunt (inquit) qui noctu  
ciuitatem custodiunt, diurnam lu-  
cem intueri, sed multo ardentius,  
qui in tenebris versatur meus ani-  
mus, lucem gratiae & fauoris tui  
expectat. Est enim Scripturarum  
mos imperium peccati noctem ap-  
pellare

PSAL. 130. 76

pellare: gratiam verò Numinis &  
lucem & diem. Hinc Paulinum il-  
lud Romanorū decimo tercio: Nox  
praecessit, dies autem appropinqua-  
uit. Et Zacharias pater Ioannis  
Luca primo: Illuminare his qui in  
tenebris, & umbra mortis sedent.  
Confert itaque vates flagitiosi ho-  
minis statum, & eius qui vete-  
ri peccandi consuetudine detinetur,  
cum eo qui & fauore & gratia Nu-  
minis illustratur: prioremque il-  
lum noctem appellat, hunc verò po-  
steriorem gratissimum mane. Pec-  
catum enim praeter hoc quod tene-  
bras noctemque & latibula quaerit,  
noctem tamē appellatur: eam ob causam

Peccatū,  
cur nocti,  
& tene-  
bris assi-  
miletur.

K 4 quod

COMMENT. IN

quod quemadmodum nocte terras in  
 uadente, non amicus, non inimicus  
 dignoscitur, sed omnia penitus igno-  
 ratur: ita etiam in peccato usu venit:  
 nullum enim inter Deum, qui multa  
 & magna in nos contulit beneficia,  
 & inter hostem qui semper in nostrā  
 perniciem armatur, discrimen agno-  
 scit. Nulla Dei benefactoris ratio ha-  
 betur: aequē illum (cū peccato serui-  
 mus) irritamus et laceſimus: ac si no-  
 bis esset infensus. Adde quod lumi-  
 ne amoto, lignum, plumbū, fœnum,  
 pretiosos quosq; lapides, eadem asti-  
 matione habemus, eademq; ratione,  
 de illis iudicamus. Perinde etiam qui  
 sordidē viuit, & in tenebris flagitio-  
 rum versatur, nusquā incorruptē iu-  
 dicat

PSAL. 130 77

dicat inter sapientiam & stultitiam,  
 inter modestiam & perulantiam. Nul-  
 lam enim (vt peccatori videtur) vir-  
 tutes speciem habent, aut dignitatem  
 aut fulgorem. Postremò qui medijs te-  
 nebris, & caligine, iter arripiunt,  
 quāuis nihil sit quod timerē debeāt.  
 semper tamen horrore maximo con-  
 cutiuntur. Non secūs qui diuino lu-  
 mine gratiaque diuina destituitur,  
 quāuis nullus sit propriū sceleris aut  
 restis aut conscius, nihilo tamē me-  
 lius sibi fidit: sed omnia formidat, &  
 expanescit, proprijs consciētia furijs  
 exagitatus. Iam quod inquit prophe-  
 ta נַפְשִׁי לַאֲדֹנָי anima mea ad Domi-  
 num Eclipsis est. Dicendū enim erat,  
 suspicit, vel preces fundit, vel confis-

COMMENT. IN

git. Est autem hoc genus schematis magnoperè familiare ijs, qui cum ardentè aut desiderant aliquid, aut petunt, minus attendunt quid dicant: unde accidit nonnunquam, ut verbū aliquod illis excidat, eosq; subterfugiat. מַשְׁפָּטִים verò potest, & ante custodes, interpretari, id est, antequàm custodes suas obeant, excubias; sicut alibi dicit: se solitum praeuenire custodias, id est, vigiliis noctis. Et cum custodibus, hoc est: cum custodes & vigiles, munus sibi delegatum obeunt, anima mea sese attollit ad Deum.

Quia apud Dominū misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Ha-

PSAL. 130. 78

**H**abent hæc crebra geminationes diuina misericordia, propitiatio nis aut redēptionis, (quæ voces, summā Dei benignitatē liberalitatēq; significat) magnam ad excitādos aios vim: et erigēdos peccatores quosque, qui propter scelerū cōscientiā, sæpe in desperationē labūtur. Est autē exornatio quaedā, quā Cicero cōmorationē appellat: cū in loco firmissimo, quo tota causa cōtinetur: & manetur diutius, et eodē sapius reditur. Cū sit ergo huius causa susceptæ firmissimus locus benignitas et liberalitas Dei, ut superioribus satis ostēsum est: elegāter et artificiosè ad eū locum redit propheta, qui solus poterat, vniuersā causam firmare. Cum itaque redem-

ptionē

COMMENT. IN

prionem audis, qui paulo ante miser  
cordia diuina & propitiationis ad-  
monitus es: noueris prophetā Regiū,  
omnes ingenij neruos huc contulisse,  
vt peccatori hunc Psalmum legenti,  
facultatem veluti adimeret, dimouē  
di animum à re firmissima: hoc est, à  
diuina munificentia, quæ sola potest  
iacentem hominem erigere. Hanc eā  
dem fuerat expertus Regius prophe-  
ta Dauid, post atrocissima illa scele-  
ra: magnasq; ex diuinis literis vtilita-  
tes, & opportunitates, huius clemen-  
tia cognitione, fuerat consequutus.  
Sciebat totum orbem sex dierum spa-  
tio, nullo labore, à Deo conditum.  
Gene. i. Urbem autem vnā Hieri-  
co, septem diebus dirutam & fundi-  
tus

PSAL. 136

79

rus deuastatam. Iosua. 6. Obeamq; Deus ad  
vidit am  
agre, &  
cun Tabū  
de acce-  
dit.  
rem secum reputabat, quanta esset di-  
uina erga homines clementia, quan-  
ta mansuetudo, quàm ingens studiū  
benefaciendi. Qui cū tantam mo-  
lem & rerum varietates, solo impe-  
rio ex rudi materia, sex diebus edu-  
xisset: longiori tempore (propter sum-  
mam eius benignitatem) amplissimā  
ciuitatem Hiericuntem, (vt homini-  
bus, proprium declaret ingenium, et  
animi propensionem,) ab imis funda-  
mentis deleuit. Cū homines contrā  
sumis laboribus vix adificemus quid-  
piam: destruamus labore nullo. Lege-  
rat præterea, cum antiquitatem scri-  
pturarum repeteret frequenter, popu-  
lum Israeliticum, grauioribus flagi-  
tīs



COMMENT. IN  
tius Deum irritauisse: cum per deser-  
tum non sine summo beneficio per an-  
nos quadraginta insolito cibo pasce-  
retur. Sciebat eorum erratis sceleri-  
busq; grauissimis plectendis clemen-  
tissimum Deum, neque fulgura cæli-  
tus fuisse iaculatum, neque maria in  
eos refudisse, cum essent eorum pecca-  
ta his omnibus haud indigna. Lege-  
rat horrendum idololatriæ scelus in  
autorem tantorum beneficiorum ad-  
missum (qui è misera seruitute ingra-  
tum populum in summam liberta-  
tem asseruisset) quando erecto iuuen-  
co Aegyptiorum sacra imitati, vi-  
ri Israelitæ diuinos honores ad crea-  
turam impudenter transtulere. Nec  
tamen inuenerat, aut debiscentem  
terram

PSAL. 130. 80  
terram, aut extinctum solem, nec cæ-  
lum vnâ cum astris disturbatum: sed  
omnia potius suo ordine ferri, atque  
pro instituto peccanti populo minis-  
trare. Cogitabat cum animo suo,  
quanta esset illius misericordia et  
bonitas, qui tot lacesitus iniurijs, à  
populo peculiariter selecto, quò ma-  
gis nefarij homines contumaciter in  
sceleribus pergerent, tantò maiora  
suae clementiæ indicia præberet cer-  
tissima. Itaque quasi nullum apud ho-  
mines vestigium clementiæ esset, to-  
taq; solide mansuerudinis liberalita-  
tisq; ratio in Deo resideret: diutina  
scripturarū lectione eruditus, apud  
Dñm suū, et misericordiā et redē-  
ptionem copiosam esse pronūciauit:  
quasi

COMMENT. IN

quasi solus ille māsuētinem & clementiam verè & ex animo amplecteretur. Quāuis enim interdū scelerum. Vltor appelletur in scripturis, latius tamen eius seueritas terret quā noceat: instar fulminum, quā omnibus metum, paucissimis nocuentiū inferre solent. Pertinet etiam nonnūquam ad paternam beneuolentiam liberos obiurgare, nunc quidem blādè, nunc vero minaciter: quo facilius indolem dubiam peiori loco positam reuocet. Neq; tamen eam ob causam aut crudeles quispiam parentes appellat, aut tyrannidem in liberos exercere autumat. Nullus autem parentum tanta facilitate in filios quos vnice amat vsus est, ac Deus ipse à conditi

Summi  
Dei in ne  
farios ho  
mines in  
dulgētia.

PSAL. 130. 81

condito mundo in homines peccatores & flagitiosos. Illi enim quamuis à prima offensa filium non exhærent, nisi magna & multa iniuria accesserint: sæpe tamen eorum patientia vincitur. Deus autē ad eò est munificentia, lenitate, mansuetudine, & bonitate diues, & opulentus, vt multis offensis prouocatus, salutis viā nūquam hominibus præcludat: nec ad exigenda supplicia descendat nisi cū iam remedia omnia cōsumpsit. Sæpe enim vltima experitur, quò peccatores à perdita vita, multisq; contaminata sceleribus, citrà vindictā reuocet. Neq; verò decebat Deū alioqui clementissimū, ita ab omni seueritate prorsum alienum esse. vt nō tā patientes

L non

COMMENT. IN

non tā misericors q̄ stupidus esset ap-  
pellandus. Nam si hominum quispiā  
rem habeat, domum, familiā, seruiq;  
eius, domini contēnentes patiētiam,  
omnia inuasērint, diripiant omnia:  
serui bonis Domini fruantur, eosdem  
familia honoret, Dominus solus con-  
tēnatur; subsaneturque ab omnibus:  
nunquid māsuētus ille aut benignus  
censendus esset, qui hoc genus contu-  
meliae non vindicet, & in eos non a-  
nimaduertat, in quos habeat summā  
potestatem? Hac inquam misericor-  
dia appellanda est, & non potius stu-  
por insensibilis? Non esset ergo virtu-  
tis in Deo ad peccata nostra non cō-  
moueri aliquando. Est enim hic mi-  
dus tanquam domus, homines tan-  
quam

PSAL. 130. 82

quam serui: quibus si semper nomen  
eius esset ludibrio, qualis aut quanta  
esset misericordia, quae omnibus suis  
honoribus cedat? praua & iniqua fie-  
ri videat, & non indignetur? quod  
propriū sit & veluti naturale ei  
cui peccata displicent. Copiosam ve-  
rò redemptionē apud Deum esse pro-  
nunciat: quod cum omnia penes il-  
lum sint magnifica & opulenta: ni-  
hil tamen copiosum magis, quam ani-  
mus benefaciendi, largiendi atq; do-  
nandi. Est autem illud cum diuina  
coniūctum natura, nihil in homines  
conferre quod non sit & magnū &  
amplū: id vero amplissimū esse solet,  
quod ad remissionem peccati, & col-  
lationē gratiae, & diuini fauoris per-

Inter cetera diuina beneficia, redemptio copiosa magis.

COMMENT. IN

rinere videtur. Nā cū soleant homines beneficētię ac liberalitatis studio, si, cōditionis suę habere rationē, cum beneficia cōferūt: nec satis existimant fecisse proprię dignitati, si non & copiosa & magnifica dona esse videantur, quibus aliorū animos sibi conciliant: multò magis hoc de Deo credēdum, qui quemadmodum naturā ipsa, ita etiam voluntate gratificandi, infinito interuallo homines excedit. Quam copiosē sanctum virum Mosem amplissimis donis ditauit, quem rei pecuaria intentum ad summos euexit honores? Regem prater eā Dauid paucarum ouium curę destinātū ad dignitatem Regiam & multorū hominū imperium extulit. Quid de

sancto

PSAL. 130. 83

sancto Ioseph patriarcha dicam: is à fratribus diuēditus, ingressus Aegyptū, in miserā seruitutē traditus, domina suę testimonijs impetratus, in carcerē cōiectus, multisq; iactatus iniurijs: magnificē tamen & amplē diuersis beneficijs à Deo cumularatur. Nā (vt sacra testantur litera) magna ornāmēta reipub. illi cōtulit, summosq; magistratus in Aegypto magna cū laude gessit. Quibus apertē colligitur id esse sacris literis cōsentaneum, beneficia illa quę à diuina bonitate & amplitudine proficiscuntur, amplissima quidē esse atq; magnifica: illud verò multò magis esse copiosū vatis testimonio, quod ad remissionem peccati & gratia collationem perti-

COMMENT. IN

net: id enim libētissimè solet donare,  
quod è seruiture aliqua, in summā li-  
bertatē asserit hominē: Atq; hoc re-  
dēptionē appellat ppheta, totusq;  
diuinus sermo: quod sequēti versicu-  
lo fusiùs à nobis explicabitur. Hinc  
Pauli celebres illæ sentētia ducuntur  
Rom. 5. Nō sicut delictū ita et donū:  
et vbi abūdauit delictū sup abūdauit  
gratia. Nā cū sit redēptionis donum  
penēs Deū copiosissimū, solet ille sce-  
leratos hoīes et pditos, ad eā vitā eri-  
gere et excitare, q̄ antiqua scelera, et  
verus studiū peccādi, admirabili qua-  
dā ratione, et cultu virtutis cōpensēt.  
Exēplo nobis sint idē proph. Regius,  
Paulus, Matthæ<sup>9</sup>, ceteriq; qbus eo  
prosiū mun<sup>9</sup> redēptionis collatū legim<sup>9</sup>.

Et

PSAL. 130. 84

Et ipse redimet Israel, ex  
omnibus iniquitati-  
bus eius.

**E**st hic postremus versiculus, velu-  
ti complexio quædam: totius ar-  
gumētationis propheticae partes, bre-  
uiter et succintè colligens. Erat capit-  
orationis huius, Deū ex bonitate sua  
cū peccatoribus et sceleratis hoībus,  
debere agere: hāc eādē bonitatē pro-  
pitiatio, et mīa, et redēptionis nomē ex-  
plicabāt. Erat altera pars, prophe-  
tæ fiducia, et summa de diuina boni-  
tate concepta spes. Dixerat enim, su-  
stinui te Domine, et sustinuit anima  
mea in verbo eius, et sperauit anima  
mea in Dño. Hāc eandē spē, hoc car-  
men et cōpletitur et exornat: nā est

L 4 fiducia

COMMENT. IN

fiduciæ plenum nec sine affectu. Cum enim Israel dixit, electionis & fœderis sese admonebat: imo de eodẽ fœdere vehementer gloriabatur. Causam itaq; cecinit propter quã summus ille Deus, veros Israelitas diutius in peccatis manere haud patiatur: sed tandem omnibus flagitijs eripit. Aduertat tamen curiosus lector, Regio Psalmographo familiare quidẽ esse, nec sine cœlesti aliquo mentis instinctu, totũ Psalmũ aut Epiphonemate claudere, aut precatiuncula per apostrophem facta, adiecto tamen Israelis nomine. Psal. 25. orationẽ quandã fundit & carmẽ textit peccatoris hominis, et flagitiorũ mole, & improbitate inimicorũ pressi: in quo tamẽ, in hunc

Prophete  
mas, in  
clauden-  
dis carmi-  
nibus.

PSAL. 130 85

hũc modũ perorauit: Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis. Qui mos cõstanter à propheta seruatus eo sane meo iudicio spectat, q̄ magnã videatur præbere de diuina bonitate fiduciã, & animi sustentationẽ incredibile, in eo populo agere, qui sit Deo gratissimus, qui ab eodem peculiari ratione fuerit electus: quo cũ celebre fœdus inierit, cui multa fuerit pollicitus et ampla et præclara: quẽadmodum legis, Deutero. 26. 27. 28. Ex eodẽ enim loco sumpto argumento D. Petrus priori epistola. cap. 2. Christianos homines consolatur: qui diuersis incommodis ab Ethnicis per totũ orbẽ afficerẽtur. Vos autẽ genus electũ regale sacerdotiũ, gẽs sancta,  
L 5 popu-

## COMMENT. IN

populus acquisitionis &c. Vates ergo  
 cum antiquas illas promissiones Israeli  
 factas, altiori mente repostas, secum ex-  
 pederet: in magnam spem inductus, ad  
 remissionem scelerum confidenter ad-  
 spirabat. Nam si vniuersum populum  
 Israeliticum (inquit) iuxta antiqua  
 promissa, & pietatis, & consolatio-  
 nis plena, ab omni incommodo, & ca-  
 lamitate ereptum, in integram salutem  
 corporis, tum animi reuocaturus  
 es, solidam & integram spem ego con-  
 cipio, salutis, & libertatis recuperan-  
 da: siquidem in eo populo versor, cui  
 tantum munus, a tua bonitate, & am-  
 plitudine sit destinatum. Itaque non  
 tantum se, sed & peccatores omnes,  
 postremo hoc carmine erigit, ad expe-  
 ctan-

## PSAL. 130. 86

Et tandem plenam ab omnibus pecca-  
 tis redemptionem: modo in eo populo  
 agant, qui diuino cultui, electione  
 Numinis sit mancipatus. Fieri enim  
 vix possit, quin eum populum singu-  
 la illiusque membra, Deus celesti  
 spiritu restituat, omnique iustitiae &  
 felicitate donet. Hæc est illa quam  
 vates pollicetur redemptionem, &  
 electi omnes quotidie orant, imò con-  
 gemiscunt illis, pro hac omnes creatu-  
 ra: vt Paulus ad Roman. cap. octa-  
 uo scripsit. Etenim donec ista nostri  
 redemptio solida facta fuerit, semper  
 erit, vt tam peccata quam peccato-  
 rum pœnas deprecemur. Ob eamque  
 rem quandocumque ista incidebatur, vt mor-  
 tis internae admonebant sanctos (cui  
 obnoxij

## COMMENT. IN

obnoxij essent quicūq; ex Adā duxif  
 sent originē) ita occasionē offerebant  
 orandi: vt tandē adueniret seruator,  
 qui extincto peccato, (quo cū simule  
 mors extingueda erat) crudelē hostē  
 et saeuū à nostris repelleret ceruicibus.  
 Habent tñ ea quæ diximus aliquid  
 questionis: possitq; ab aliquo fortas-  
 se indisceprationē vocari, Quid cau-  
 sa sit q̄ eximius vates, cū redēptionē  
 cōmemorat, populo Israelitico eā pol-  
 licetur, nō vniuerso orbi: cū in salutē  
 et libertatē gentiū Christus sit da-  
 tus. De qua re sanctus Symeon inter  
 ceteros, apertissime vaticinatus est.  
 Sed nodus facile soluitur, si aduertamus  
 propheticū donū, nō eadē ratio-  
 ne semper impulsisse prophetarū ani-  
 mos

## PSAL. 130

87

mos ad vaticinandū: quāuis de eadē  
 re præclara edidissent oracula. Quo  
 circa cū de mūdi redēptione agerent,  
 nūc populo Israelitico eā polliceban-  
 tur, quò et gentē illā et seipsos vehē-  
 mēter cōsolarētur: nunc verò aliqua-  
 tulū obscurius appellatiōe gentium,  
 totius orbis redēptionē adūbrabāt:  
 quò indignos homines et profanos  
 tantū mysteriū lateret, idq; vario ac  
 diuerso Numinis impulsu. Nec verò  
 satis ingenio cōsequi possū: nūquid sa-  
 cri vates plenē intellexerint mysteriū  
 hoc admirabile, redēptionis et voca-  
 tionis gentiū. Paulus enim ad Ephe-  
 cap. 3. scribēs, arcana hæc et occulta,  
 sibi ceterisq; apostolis Christi benefi-  
 cio, primò commissa docet. Alijs (in-  
 quit)

Gentium  
 vocatio,  
 an satis  
 fuerit san-  
 ctis vati-  
 cibus cogni-  
 ta.



COMMENT. IN

quit) gentibus & filijs hominum hoc  
mysterium non innotuit, quemadmo-  
dum suo tempore reuelatum est, san-  
ctis Apostolis, atq; prophetis, siue scri-  
pturarum interpretibus. Pertinet ad  
eandem rem, quod Petrus Apосто-  
lorum princeps, post acceptum spiri-  
tum sanctum admonendus fuit, ad-  
huc caelesti visione, ne gentes arceren-  
tur à gratia euangelica, & ab ea re-  
dèptione, quã Regius propheta polli-  
cetur, postremo totius precatiõis ver-  
siculo. Cui sententiã inter ceteros Am-  
brosius Chrysostomus, et Theophila-  
ctus grauissimi autores assentiuntur  
ad vnum. Faxit Christus Iesus quitã  
tum munus in populnm Christianũ  
contulit, ne sine sensu aliquo & gra-

ta

PSAL. 130. 88

ta recordatione, amplissimum bene-  
ficium, certamq; illius rationẽ, & co-  
gnitionem, & scientiã acceperimus:  
sed cum eius sanguine omni sorde, ex-  
piatos, atq; redèptos, nos nouerimus,  
in ea integritate, puritateque animi  
nos ipsos sanctos incorruptosq; serue-  
mus, quò Christiani dicamur, & pro-  
fessione & nomine.

F I N I S.

Visum & admissum, per Petrũ  
Curtium, Pastore Diui Petri Louaniẽ,  
tanquam nihil habens, quod fidei aut re-  
ligioni Christianæ aduerfetur. Die. 19. Iulij.  
Anno. 1549. Stilo Braban.

